BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
29 B
65

Bibl... S. Bartholomaei
... de Rubeis

642.6.73

Digitized by Google

Digitized by Google

DESIDERII ERASMI *Roterodami* LINGUA,

SIVE,

De Linguæ uſu atque abuſu Liber utiliſſimus.



LUGDUNI BATAVORUM,
Ex Officina IOANNIS MAIRE,
ANNO CIↃ IↃ C XLIX.

Digitized by Google

Illuſtri

D. CHRISTOPHORO

à SCHYDLOVIETZ.

Palatino & Capitaneo Cracovienſi, regni Poloniæ Cancellario,

ERASMUS ROT.

S. D.

Ot tantiſque malis undique contaminata eſt vita mortalium, Vir non imaginibus tantum illuſtris, ut Homerus conferens ſortem noſtræ conditionis cum ſingulis animantium generibus, pronuntiarit, nullum eſſe animal homine calamitoſius: Silenus iudicarit, optimum aut non naſci, aut quam ocyſſime aboleri: Plinius exiſtimarit, nullum munus homini datum à ſuperis maius aut melius, quam vitæ brevitatem, & interim nulli negatam facultatem abrumpendi vitam, ſi videatur. Apud Lucianum Pythagoras, cuius anima fingitur ſubinde mutato domicilio, per omnia virorum ac mulierum, bipedum & quadrupedum

 corpora

corpora fuiſſe peregrinata, fatetur ſe longe ſuavius vixiſſe cum eſſet rana, quam cum eſſet rex. Atque hæc quidem licet abſurda dictu, non ita multum abeſſent à vero, niſi cœleſtis ille philoſophus nobis perſuaſiſſet, æternam felicitatem eſſe paratam his, qui totius felicitatis proram ac puppim, ut ajunt, in ipſo collocarint. Ea ſpes tantam habet vim, ut in maximis etiam malis, ſervet ac tueatur alacritatem animi ſibi bene conſcij, præſertim cum hic interim adſit arrhabo ille mirificus & arcanus, qui quicquid habet hæc vita fellis, vertit in mel. Ad hæc quoniam homo, ſicuti corpore conſtat & animo, ita duplici genere malorum affligitur, quæſitum eſt & illud à ſapientibus viris, utrum graviora ſint mala corporis an animi: & pronuntiatum eſt ab animi malis plus eſſe calamitatis. Quanquam ab hac ſententia multum diſcrepat vulgus. Quotus enim quiſque eſt, qui non miſerius eſſe ducat hydropicum eſſe quam avarum? Sed idem felicius eſſe ducunt. habere corpus formoſum, quam animum honeſtis diſciplinis ac virtutibus exorna-

exornatum. Nec mirum ſi præpoſtere judicant de malis ac bonis, qui corpus præferunt animo. Antiquitas præter caſus & vitia, numeravit trecenta morborum genera: quibus acceſſerunt & indies accedunt ignotæ novæq; morborum ſpecies, veluti cum arte medicorum ex inſidiis bellum gerentes. Quis autem enumeret animorum vitia? Atque utinam numero tantum vincerēt. Superant proh dolor, ſuperant & aliis multis nominibus. Primum quod vitiant meliorem noſtri partem: deinde quod cum corporis mala tantum afflictos reddant, animorum morbi, reddunt etiam malos & infelices, eo quod à nobis accerſantur. Iam ſunt quædam corporum ægritudines, quæ cruciatum neſciunt, veluti phthiſis. An vero eſt ullus hydrops, ulla febris, quæ ſic diſcruciat corpus, ut pecuniæ ſtudium, ut amor impotens, ut zelotypia, ut livor torquet animum? Ad hæc corporis morbi crebro medentur animi malis, cum ex animi vitio fere naſcantur & corporis mala. Graviores exiſtimantur corporis morbi, qui præter moleſtiam

habent & turpitudinem. At huiuſmodi ſunt omnes animorum morbi. Non enim ſolum adimunt animi tranquillitatem, verumetiam infamiam adferunt. Medici nullum morborum genus putant formidabilius, quam quod ægroto mali ſenſum eripit. Sanabilior enim eſt podagricus, qui ſe miſerum clamitat, & medicum accerſi jubet, quam phreneticus aut lethargicus; quorum hic ſibi videtur ſanus, ille medicum opitulari cupientem invadit. At hujuſmodi fere ſunt omnes animorum morbi. Quo quiſque gravius ægrotat, hoc minus admittit opem medicantis. Nam in his quoque varietas eſt. Longe facilius medemur, luxui, libidini, & profuſioni, cæteriſque craſſis, ut ita dicam, animi morbis, quam ambitioni, quam invidiæ, quam philautiæ, quam hypocriſi. Videas multos, quibus non poſſis objicere ſtuprum, aut temulentiam; ſed toti madent amore ſui, ad hunc gnomonem examinant omnia. Si quis obſiſtat, nullum vindictæ genus non moliuntur, ſceleratiſſimis interim cupiditatibus prætexentes honeſtos titulos.

tulos. Quo quidem hominum genere nihil nocentius neque deploratius. De corporis morbis judicat animus. Idem in animi morbis fieri non poteſt, cum ea pars noſtri laboret, qua judicamus. Proinde quo remedio ſuccurras illi, qui ſitim inexplebilem habendi vocat providentiam, qui livorem appellat honeſti zelum, aut cæcum amorem ſui nominat prudentiam, maledicentiæ morbum fucat titulo libertatis? Accedit ad hæc quod cui pedes alligavit podagra, tamen oculis & auribus ſanus eſt. At unus quiſpiam animi morbus, totum vitiat animum. Rurſum cui res eſt cum calculo, cæteris morbis caret. At nullus eſt animi morbus, qui non ſecum trahat agmen vitiorum. Iam ſi par eſt ex contagii noxia morborum æſtimare, à peſtilentia tuti ſunt ſenes, ſi Plinio credimus: nec ea quovis demigrat, ſed ab auſtrinis regionibus orta, fere demigrat ad occidentales. Sunt morbi qui non attingunt pueros, ſunt qui parcunt ſexui fœminino, ſunt qui potentes impetunt, plebi parcentes, cuiuſmodi ferunt lichenas: Sunt qui ſuis tantum

ætatibus aut etiam regionibus ſæviunt. Elephantiaſis & gemurſa, cum immigraſſent in Italiam, celeriter extincta ſunt. Sudorem lethiferum ante annos triginta non novit Anglia, nec ea lues fere tranſilit eius inſulæ fines. Habent hæc mala tractus ſuos, habent vices ſuas, habent perſonarum atque etiam membrorum delectum. Animorum peſtes nec ordini, nec ſexui, nec ætati parcunt ulli, nec ullis ſe limitibus continent, incredibili celeritate pervagantur orbem, nec invicem ſibi cedunt, quemadmodum viciſſitudine ſæviunt, nunc peſtilentiæ, nunc angina, nunc tuſſes, ſed morbum morbus, velut anſam anſa trahit: nec facile cedunt ubi ſemel incubuêre. Iam ſi quis percontetur, inter corporum morbos, cui debeatur principatus: me judice facile tribuetur ei malo, quod incerta origine, tot jam annos per omnes orbis plagas impune graſſans, nondum certum nomen invenit. Plerique vocant poſcas Gallicas, nonnulli Hiſpanienſes. Quæ lues unquam pari celeritate percurrit ſingulas, Europæ, Africæ, Aſiæque partes?

partes? Quæ penitius ſeſe inſerit venis ac viſceribus? quæ tenacius hæret, aut pervicacius repugnat arti curæque medicorum? quæ faciliore contagio tranſilit in alterum? quæ crudeliores habet cruciatus? Vitiligo præter cutis deformitatem nihil habet noxæ, & curationem recipit. Lichenes fœdo quidem furfure, primum faciem, deinde reliquum corpus operiunt, ſed citra cruciatum, nulloque vitæ diſcrimine, etiamſi remedium non admittunt, niſi cui mors ſit anteferenda. Hæc lues, quicquid in aliis eſt horrendum, una ſecum defert. fœditatem, cruciatum, contagium, vitæ periculum, curationem difficillimam pariter ac fœdiſſimam, & tamen utcunque cohibita, ſubinde repullulat, non aliter quam podagra. Poſtremo ſi quis ſciſcitetur, inter animi morbos, cui nocendi primatus tribuatur, nihil addubitem hanc illaudatam laudem, & ingloriam gloriam, tribuere linguæ effreni. Peſtis hæc neque ſimplex eſt neque recens, univerſos animi morbos complectitur, nec ulla fuit ætas tam ſanis moribus, ut de hoc malo non fuerit

queſta. Verum ut febres ac peſtilentiæ quædam, cum nunquam prorſus intermoriantur, tamen aliquando ex intervallo velut erumpentes inundatione, latius & acrius ſæviunt, perinde quaſi internecionem humano generi minitentur: ita videmus nunc hunc fatalem linguæ morbum miro contagio totum orbem occupaſſe: ſeſeque per aulas principum, per domos idiotarum, per ſcholas theologorum, per ſodalitates monachorum, per collegia ſacerdotum, per militum cohortes, per agricolarum caſas ſparſiſſe, tanta violentia, ut honeſtis diſciplinis, ut integris moribus, ut publicæ concordiæ, ut eccleſiæ procerum, ut profanorum principum auctoritati panolethriam quandam ac perniciem moliri videatur. Dormitatum eſt initio, adverſus orientem peſtem de qua modo diximus: nec adhuc vigilatur adverſus contagium, cum attacti lepra, leviore malo, ſemoveantur ab hominum commercio: Sed maiore rerum humanarum exitio ceſſatum eſt hactenus, adverſus linguarum intemperias, & adhuc ceſſatur. Interim malum indies gliſcens

gliſcens ſit immedicabile. Extitere quidem nonnulli, qui quod ſolent imperiti medici, morbum ſiniſtra curatione nihil aliud quam exacerbarunt. Ex partes erant epiſcoporum, qui Chriſtianam prudentiam, qui euangelicam eruditionem, cum animi moderatione conjunxerunt. Vſtis, ſectionibus, & compedibus quid hactenus profectum ſit videmus. Nos tametſi nec auctoritate nec eruditione prudentiaque præditi ſumus, quantam morbi fatalis magnitudo requirit, tamen ad publicam orbis Chriſtiani calamitatem ingemiſcentes, qualecunque pharmacum attulimus, quo ſi malum hoc funditus tolli non poteſt, certe mitigetur. Ex ornatiſſimo viro Iohanne à Laſco cognovi plurimum priſcæ integritatis apud veſtram gentem reſidere: ut Aſtræa, loquar enim poetarum more, fugiens è terris iſthic ultima preſſiſſe veſtigia videri poſſit: nec mediocriter florere rectis inſtitutis, ſub integerrimo vigilantiſſimoque præſule Iohanne à Laſco archiepiſcopo, qui priſcorum præſulum exemplum in hanc corruptiſſi-

queſta. Verum ut febres ac peſtilentiæ quadam, cum nunquam prorſus intermoriantur, tamen aliquando ex intervallo velut erumpentes inundatione, latius & acrius ſæviunt, perinde quaſi internecionem humano generi minitentur: ita videmus nunc hunc fatalem linguæ morbum miro contagio totum orbem occupaſſe: ſeſeque per aulas principum, per domos idiotarum, per ſcholas theologorum, per ſodalitates monachorum, per collegia ſacerdotum, per militum cohortes, per agricolarum caſas ſparſiſſe, tanta violentia, ut honeſtis diſciplinis, ut integris moribus, ut publicæ concordiæ, ut eccleſiæ procerum, ut profanorum principum aůctoritati panolethriam quandam ac perniciem moliri videatur. Dormitatum eſt initio, adverſus orientem peſtem de qua modo diximus: nec adhuc vigilatur adverſus contagium, cum attacti lepra, leviore malo, ſemoveantur ab hominum commercio: Sed maiore rerum humanarum exitio ceſſatum eſt hactenus, adverſus linguarum intemperias, & adhuc ceſſatur. Interim malum indies gliſcens

gliſcens ſit immedicabile. Extitère quidem nonnulli, qui quod ſolent imperiti medici, morbum ſiniſtra curatione nihil aliud quam exacerbarunt. Hæ partes erant epiſcoporum, qui Chriſtianam prudentiam, qui euangelicam eruditionem, cum animi moderatione conjunxerunt. Vſturis, ſectionibus, & compedibus quid hactenus profectum ſit videmus. Nos tametſi nec auctoritate nec eruditione prudentiaque præditi ſumus, quantam morbi fatalis magnitudo requirit, tamen ad publicam orbis Chriſtiani calamitatem ingemiſcentes, qualecunque pharmacum attulimus, quo ſi malum hoc funditus tolli non poteſt, certe mitigetur. Ex *ornatiſſimo viro Iohanne à Laſco cognovi plurimum priſcæ integritatis apud veſtram gentem reſidere: ut Aſtræa, loquar enim poetarum more, fugiens è terris iſthic ultima preſſiſſe veſtigia videri poſſit: nec mediocriter florere rectis inſtitutis, ſub integerrimo vigilantiſſimoque præſule Iohanne à Laſco archiepiſcopo, qui priſcorum præſulum exemplum in hanc corruptiſſi-*

queſta. Verum ut febres ac peſtilentiæ quædam, cum nunquam prorſus intermoriantur, tamen aliquando ex intervallo velut erumpentes inundatione, latius & acrius ſæviunt, perinde quaſi internecionem humano generi minitentur: ita videmus nunc hunc fatalem linguæ morbum miro contagio totum orbem occupaſſe: ſeſeque per aulas principum, per domos idiotarum, per ſcholas theologorum, per ſodalitates monachorum, per collegia ſacerdotum, per militum cohortes, per agricolarum caſas ſparſiſſe, tanta violentia, ut honeſtis diſciplinis, ut integris moribus, ut publicæ concordiæ, ut eccleſiæ procerum, ut profanorum principum aũctoritati panolethriam quandam ac perniciem moliri videatur. Dormitatum eſt initio, adverſus orientem peſtem de qua modo diximus: nec adhuc vigilatur adverſus contagium, cum attacti lepra, leviore malo, ſemoveantur ab hominum commercio: Sed maiore rerum humanarum exitio ceſſatum eſt hactenus, adverſus linguarum intemperias, & adhuc ceſſatur. Interim malum indies gliſcens.

gliſcens ſit immedicabile. Extitêre quidem nonnulli, qui quod ſolent imperiti medici, morbum ſiniſtra curatione nihil aliud quam exacerbarunt. Hæ partes erant epiſcoporum, qui Chriſtianam prudentiam, qui euangelicam eruditionem, cum animi moderatione conjunxerunt. Vſuris, ſectionibus, & compedibus quid hactenus profectum ſit videmus. Nos tametſi nec auctoritate nec eruditione prudentiaque præditi ſumus, quantam morbi fatalis magnitudo requirit, tamen ad publicam orbis Chriſtiani calamitatem ingemiſcentes, qualecunque pharmacum attulimus, quo ſi malum hoc funditus tolli non poteſt, certe mitigetur. Ex ornatiſſimo viro Iohanne à Laſco cognovi plurimum priſcæ integritatis apud veſtram gentem reſidere: ut Aſtræa, loquar enim poetarum more, fugiens è terris iſthic ultima preſſiſſe veſtigia videri poſſit: nec mediocriter florere rectis inſtitutis, ſub integerrimo vigilantiſſimoque præſule Iohanne à Laſco archiepiſcopo, qui priſcorum præſulum exemplum in hanc corruptiſſi-

queſta. Verum ut febres ac peſtilentiæ quædam, cum nunquam prorſus intermoriantur, tamen aliquando ex intervallo velut erumpentes inundatione, latius & acrius ſæviunt, perinde quaſi internecionem humano generi minitentur: ita videmus nunc hunc fatalem linguæ morbum miro contagio totum orbem occupaſſe: ſeſeque per aulas principum, per domos idiotarum, per ſcholas theologorum, per ſodalitates monachorum, per collegia ſacerdotum, per militum cohortes, per agricolarum caſas ſparſiſſe, tanta violentia, ut honeſtis diſciplinis, ut integris moribus, ut publicæ concordiæ, ut eccleſiæ procerum, ut profanorum principum auctoritati panolethriam quandam ac perniciem moliri videatur. Dormitatum eſt initio, adverſus orientem peſtem de qua modo diximus: nec adhuc vigilatur adverſus contagium, cum attacti lepra, leviore malo, ſemoveantur ab hominum commercio: Sed maiore rerum humanarum exitio ceſſatum eſt hactenus, adverſus linguarum intemperias, & adhuc ceſſatur. Interim malum indies gliſcens.

gliſcens ſit immedicabile. Extitêre quidem nonnulli, qui quod ſolent imperiti medici, morbum ſiniſtra curatione nihil aliud quam exacerbarunt. Hæ partes erant epiſcoporum, qui Chriſtianam prudentiam, qui euangelicam eruditionem, cum animi moderatione conjunxerunt. Vſuris, ſectionibus, & compedibus quid hactenus profectum ſit videmus. Nos tametſi nec auctoritate nec eruditione prudentiaque præditi ſumus, quantam morbi fatalis magnitudo requirit, tamen ad publicam orbis Chriſtiani calamitatem ingemiſcentes, qualecunque pharmacum attulimus, quo ſi malum hoc funditus tolli non poteſt, certe mitigetur. Ex ornatiſſimo viro Iohanne à Laſco cognovi plurimum priſcæ integritatis apud veſtram gentem reſidere: ut Aſtræa, loquar enim poetarum more, fugiens è terris iſthic ultima preſſiſſe veſtigia videri poſſit: nec mediocriter florere rectis inſtitutis, ſub integerrimo vigilantiſſimoque præſule Iohanne à Laſco archiepiſcopo, qui priſcorum præſulum exemplum in hanc corruptiſſi-

 mam,

queſta. Verum ut febres ac peſtilentiæ quædam, cum nunquam prorſus intermoriantur, tamen aliquando ex intervallo velut erumpentes inundatione, latius & acrius ſæviunt, perinde quaſi internecionem humano generi minitentur: ita videmus nunc hunc fatalem linguæ morbum miro contagio totum orbem occupaſſe: ſeſeque per aulas principum, per domos idiotarum, per ſcholas theologorum, per ſodalitates monachorum, per collegia ſacerdotum, per militum cohortes, per agricolarum caſas ſparſiſſe, tanta violentia, ut honeſtis diſciplinis, ut integris moribus, ut publicæ concordiæ, ut eccleſiæ procerum, ut profanorum principum auctoritati panolethriam quandam ac perniciem moliri videatur. Dormitatum eſt initio, adverſus orientem peſtem de qua modo diximus: nec adhuc vigilatur adverſus contagium, cum attacti lepra, leviore malo, ſemoveantur ab hominum commercio: Sed maiore rerum humanarum exitio ceſſatum eſt hactenus, adverſus linguarum intemperias, & adhuc ceſſatur. Interim malum indies gliſcens

gliſcens ſit immedicabile. Extitêre quidem nonnulli, qui quod ſolent imperiti medici, morbum ſiniſtra curatione nihil aliud quam exacerbarunt. Hæ partes erant epiſcoporum, qui Chriſtianam prudentiam, qui euangelicam eruditionem, cum animi moderatione conjunxerunt. Vſuris, ſectionibus, & compedibus quid hactenus profectum ſit videmus. Nos tametſi nec auctoritate nec eruditione prudentiaque præditi ſumus, quantam morbi fatalis magnitudo requirit, tamen ad publicam orbis Chriſtiani calamitatem ingemiſcentes, qualecunque pharmacum attulimus, quo ſi malum hoc funditus tolli non poteſt, certe mitigetur. Ex *ornatiſſimo viro Iohanne à Laſco cognovi plurimum priſcæ integritatis apud veſtram gentem reſidere: ut Aſtræa, loquar enim poetarum more, fugiens è terris iſthic ultima preſſiſſe veſtigia videri poſſit: nec mediocriter florere rectis inſtitutis, ſub integerrimo vigilantiſſimoque præſule Iohanne à Laſco archiepiſcopo, qui priſcorum præſulum exemplum in hanc corruptiſſi-*

mam ætatem refert. Id eo facilius credo, quod in ipſo qui hæc narrat, eam morum ſynceritatem modeſtiamque perſpiciam, ut parem hactenus non temere in quoquam alio repererim. Quod ſi communis hæc linguæ peſtilentia nondum veſtram attigit Poloniam, viſum eſt hoc ſcripto veſtræ gratulari felicitati. Sin & iſtuc aliqua pars contagij ſerpſit, miſimus antidotum. Id ut tui nominis auſpiciis evulgaremus vir illuſtris, fecit modo dictus Iohannes à Laſco, qui non deſinit, admirabili quodam affectu, tuas dotes ac virtutes eximias prædicare, ut ipſe quoque ſuccenſus admiratione laudum tuarum cogar primum te tibi, deinde toti Poloniæ regno, talem negotiorum adminiſtratorem gratulari. Hæc qui perſuaſit, juvenis quidem eſt, ſed provectis moribus, ſed ſenili judicio. Nec fallitur tam oculatus, nec fingit, qui hæc tam conſtanter, tanto pectoris ardore de te prædicat. Quod ſi hunc homuncionem non gravaberis in tuorum numerum aſcribere, gratulabor & mihi.

talem

talem vel patronum vel amicum. Non me pudet hujus ambitionis. Talium virorum amicitiam in præcipua felicitatis parte numerare ſoleo. Quanquam cum principum virorum favores ambimus, non tam nobis ambimus, quam optimis ſtudiis, quam pietati, quæ nunc quorundam ſeditioſis tumultibus ubique periclitantur: collapſura, niſi tui ſimilium auctoritate, ſtudioque fulciantur. Ridiculus eſſem ſi nunc ambirem dignitates aut opes, propediem hinc emigraturus. Sarcinæ ſunt iſta, quæ gravant evolare meditantem, nec tamen comitantur exeuntem. Si quid lucubrationibus meis, ſi quid per bonos viros noſtris hortatibus extimulatos, juvimus, vel honeſta ſtudia, vel pietatem Chriſtianam, hoc viaticum lubens mecum extulero. Sed nimium diu te remoror à lingua, in qua vereor necubi tua prudentia deſideret ordinem magis digeſtum. Argumentum erat infinitæ varietatis, itaque dum ſingula cogor attingere, miſcens interim ſacra profanis,

vix

vix effugi rerum confuſionem, præſertim cum non vacaret expolire quod erat congeſtum. Bene vale. Baſileæ, poſtridie Idus Auguſt. Anno M. D. XXV.

LIN-

LINGVA

Per

ERAS. ROTER.

DIcturus non de aſini, quod aiunt umbra, ſed de his quæ præcipuum habent momentum ad humanæ vitæ vel felicitatem vel perniciem, precor ut omnes, quandoquidem ad omnes hæc oratio pertinet, his auribus atque animis auſcultetis, quas in rebus graviſſimis maximiſque bene conſulenti præbere ſoletis. Atque illud in primis ſuo quiſque cum animo perpendat, ſi quis veſtrum venenum deferat præſentaneum, quod vel ipſo contactu ſubitam mortem afferret, idque ſic deferat incluſum vaſculo ut non poſſet abjicere, nonne is, quamlibet aliis in rebus incurius, hic ſumma ſolicitudine caveret, ne per imprudentiam aut incuriam exitium conſciſceretur, vel ipſi qui teneret, vel aliis

quibus

quibus bene vellet, veluti liberis aut uxori? Quanta cura ſeponeret eam pyxidem, quam religioſe caveret ne quid efflueret, aut ne quis ſpiritus letalis exhalaret, ne quis imprudens attingeret. Rurſus ſi quis pharmacum circumferret, adverſus omnia morborum genera præſens habens remedium, quo vel juventus revocari poſſet, vel mors iam urgens propelli, an non is anxie ſolicitus eſſet, ne qua pars rei tam pretioſæ periret, ex qua bene diſpenſata tam admirabilis utilitas eſſet reditura, non ſolum ad ipſum qui teneret, verumetiam ad omnes, quibus vellet communicare? Non arbitror quenquam tam ſocordem eſſe, ut hic ſit futurus incogitans. Qui fit igitur, ut mortalibus nullius rei minor cura ſit quam linguæ, cum in hac circumferamus utrumque, & lethale venenum, & ſaluberrimum pharmacum? Nihil enim inter homines mala lingua nocentius, nihil eadem ſalubrius, ſi quis, ut oportet, utatur. Intellectum eſt, atque etiam poſteris proditum, à priſcis

ſcis illis ſapientibus, qui cum Chriſti philoſophiam ignorarent, tamen humana ratione plurima deprehenderunt, quæ non mediocrem adferunt utilitatem ad vitam honeſte feliciterque tranſigendam. Olim enim cum nondum opera Platonis, Carneadis & Chryſippi didiciſſet eſſe loquax ſapientia, ſed brevibus dictis, velut oraculis traderetur, aut factis etiam veluti ſymbolis aphonis ſignificaretur, Amaſis rex Ægypti miſit Pittaco, qui celebratur inter ſeptem Græciæ ſapientes, hoſpiti pecudem immolatitiam, poſtulans ut inde ſibi remitteret partem quam judicaret eſſe peſſimam, ac rurſus quam exiſtimaret optimam, ratus futurum, ut duas partes diſſimillimas remitteret. Is exectam linguam miſit regi, ſignificans in homine nihil eſſe melius bona lingua, mala nihil nocentius. Nam in cæteris animantibus nec peſſima pars eſt lingua, nec optima. Age iam illud quiſque ſecum reputet, ſi quis haberet pyxidem, qualis fuiſſe fertur Pandoræ, in qua plus eſſet incluſum

cluſum mali, quam illic erat, hoc eſt omnium corporum exitia, nec pauciora ſed graviora animorum: tum in eadem eſſent totidem commoda quot incommoda, totumque diſcrimen in hoc eſſet, ſi quis non in tempore promeret, aut non ea moderatione qua oporteret, nonne is ſumma cura daret operam, ut diſceret tam periculoſi theſauri diſpenſationem, præſertim ſi tale periculum eſſet, ut lues ad neminem certius perveniret quam ad promum condum? Etenim mala lingua, non raro prodeſt iis quos ſtudet lædere, ſed fieri non poteſt, quin lædat auctorem, ſi non damno rerum corporalium, quod & ipſum fere ſolet, certe graviore jactura bonæ mentis. Ac pyxidem quidem eiuſmodi ſi quis poſſideret, liceret vel in pelagus abjicere, ſic ut nec læderet quenquam mortalium, nec juvaret. At linguæ theſaurum velimus nolimus, nobiſcum circumferimus. Quo religioſior eſt adhibenda cura, ut ſobria moderatione quam minimum mali nobis inde naſcatur,

ſed

ſed quam plurima ad omnes dimanet utilitas. Nam hoc ita fere natura cõparatum videmus, ut quibus ex rebus ſumma proficiſcitur utilitas, ex iiſdem naſcatur extrema pernicies. Quid corporibus cœleſtibus ſalubrius aut magis neceſſarium? At ex iiſdem ſi quando parum commode jungantur, quanta mortalium calamitas? Aëre ſpiramus, verum is infectus quantam ſtragem infert animantibus? flumina & maria, præter alimoniam & opes quas affatim porrigunt, quantum habent commoditatum ad itinera vitæque commercia? Verum ex iiſdem concitatis aut exundantibus, quantum damni, quantum periculi? Unde major uſus quam ex igni? Sed rurſum unde formidabilius diſcrimen? Terra parens & altrix rerum omnium, habet tamen ſuas concuſſiones, hiatus, ruinas, exhalationes peſtiferas. Nec alia parit plus venenorum, quam quæ frugum ac medicarum herbarum fertiliſſima eſt, qualem ferunt eſſe Africam. Atticæ mella celebrantur præ cæteris,

ſed eadem gignit mel maxime toxicum. Itaque quod de viris Atticis dictum eſt, eos aut inſigniter probos eſſe aut inſigniter malos, idem conveniet in mel Atticum. Adeo late patet illa ſententia, ubi mel, ibi fel: ubi uber, ibi tuber. In remediis nihil olim judicatum eſt utilius elleboro, at idem ſecus quam oportet ſumptũ, certum affert exitium. Quid vipera nocentius? Sed hinc habemus ſalutiferam theriacam. Iam olim apud omnes nationes male audit fortuna, quod volubili rota, quoſcunque lubitum eſt in ſummum evehat, alios ad ima præcipitet. At idem facit hominis lingua. Veteres unicuique mortalium duos addidere genios, à quorum altero veniat felicitas, ab altero calamitas. An hoc verum ſit neſcio, certe veriſſimum eſt, in linguis ſingulorum utrumque genium ineſſe. Idem à prudentibus viris obſervatum eſt, quod Plato dixit in feliciſſimis & heroicis ut ita loquar ingeniis, ut vel ſummo bono vel ſummo malo ſint reip. Perſpexit hoc in Themiſtocle

puero

puero præceptor illius, prædicens illum nihil mediocre, ſed aut ingens aliquod bonum aut inſigne malum futurum patriæ. Ejuſdem ingenii fuit Alcibiades, Caius Cæſar, Alexander Magnus, aliique complures. Cato Uticenſis cum Cæſaris adventus magnum terrorem incuſiſſet univerſo ſenatui, jamq; omnium oculi in ipſum eſſent coniecti, ſi quid opis adferret, qui primus hoc mali prædixiſſet, cenſuit in eo temporum ſtatu, Pompeio ſummam rerum eſſe committendam, cum hac clauſula, ut videret ne quid detrimenti caperet reſpub. quod judicaret fieri ſolitum, ut ab iiſdem viris ingentia mala depellerentur, qui invexiſſent. Ac reges fere aut magno orbis malo mali ſunt, aut magno orbis bono; boni. Porro tametſi mala quæ veniunt ab aſtris aut elementis, in totum à nobis arceri non poſſunt, illud tamen efficit humana cura, ut levius certe lædant. Atqui ſi ex nocentiſſimis beſtiis invenimus remedia, ſi feras & immanes belluas ſtudio cicuramus, ſi terram hirtam vepribus

ac

ac noxiis herbis obſitam cultu reddimus frugiferam, & uſibus hominum obſequentem, ſi pullos equorum ſic inſtituimus, ut quo ſuapte natura ferociores ſunt, hoc domiti ſint aptiores obſequiis noſtris, ſi juvenum indolem erectam ac ferocem, & ad ſummam rerum perniciem evaſuram inſtitutione revocamus ad ſummam frugem, quid obſtat quo minus idem faciamus in cicuranda lingua? Quoniam autem nemo poteſt recte uti re quapiam, niſi vim ac naturam illius cognitam habeat, ne quod pleriſque mortalibus cæteris in rebus uſu venit ut ingenti ſuo malo dignoſcant à noxiis ſalubria, vobis accidat in lingua: primum aperiam vobis quantas vitæ peſtes afferat lingua ſi male gubernetur: rurſus quãtas utilitates ſi non laxetur niſi in eos uſus, in quos nobis à Deo donata eſt: poſtremo tradam velut artem ac rationem, huius membri moderandi. Hortarer hic potiſſimum mulieres, quæ vulgo male audiunt hoc nomine, niſi viderem ubique tot eſſe viros nocentiſſimæ lin-
gnę.

guæ, ut præ his mulieres ſobriæ moderatæque videantur. Par eſt igitur, ut parem attentionem, in re tam neceſſaria cognitu, tamque ad omnes pertinente requiram ab omnibus. Primum igitur quemadmodum ipſa natura, ipſo corporis habitu videtur in multis hominem admonuiſſe quid ipſum deceat, velut erecto in cœlum corpore, docuit contemptis humilioribus ac perituris rebus, ad quas eadem reliquas animantes abiecit, altiora quædam nec ullis mutationibus obnoxia eſſe quærenda. Præterea quod hominem finxit nudo mollique corpore, monet nos non ad bella more ferarum, quas variis armis inſtruxit, ſed ad concordiam mutuamque benevolentiam natos eſſe. Adhæc quod rationẽ in cerebro velut in arce corporis ſedem habere voluit, nimirum admonuit, omnes cupiditates rationis imperio moderandas eſſe. Sic linguam ita finxit, ut ſi quis diligenter animadvertat, perſpicere queat, naturam illud admonere voluiſſe, nullum eſſe corporis membrũ
exitia-

exitiabilius, ſi quis abutatur, nullum ſalubrius, ſi adſit diligens cautaque moderatio. Etenim naturæ providentia cuiq; corporis parti ſuum dedit locum, ſive pro dignitate, ſive pro uſus commoditate. Nam cum in cerebro velut in atce ſedem dederit menti, cor in præcordiis, hoc eſt, ſupra diaphragma ſub lęva mamilla locum ſortitum eſt, cui iunctus tergo ſpinæ imminet pulmo, flabelli ritu ſpiritus hauſti redditique viciſſitudine cor præcipue refocillans, quod frigore modico recreatur. Cor autem totum muſculoſum, ac velut ex nervaceis filis contextum duos habet ſinus aut ſpecus ſive receſſus, arcana ſpirituum ac ſanguinis receptacula. Pulmo ſpongiæ in morem levis & cavernoſus, ungulæ bubulæ forma in duas fibras dividitur, quo magis capax ſit ſpiritus, motuque alterno reddat ac recipiat. Ventriculus ſub ipſis præcordiis eſt, cui à dextris proximum eſt jecur, jecori annexum fel eſt. Ad lævam eſt lien. Inferiori ventriculo adhæret inteſtinum quod je-
junum

junum appellant, propterea quod nihil eorum quæ accipit, retinet, ſed protinus in tenuius inteſtinum, ſed ſinibus vehementer involutum tranſmittit. Huic annexum eſt aliud inteſtinum tranſverſum quod cæcum appellant, hujus extrema pars eſt inteſtinum quod rectum dicitur, per quod excernuntur craſſiores ciborum reliquiæ. Nam à renibus per venulas albas quas ureteras dicunt urina diſtillat in veſicam. Iam ea pars corporis qua coitus peragitur infra ventrem ſortita eſt velut extremum locum. Linguæ vero veluti cordis ac mentis interpreti, in medio locum dedit, nimirum ut & cerebro ſubjaceret, ac procul abeſſet à corde, ſuperne in propinquo habens ſenſuum omnium organa, oculos, aures, ac nares: nam guſtandi vis linguæ peculiaris eſt, tametſi quidam, in quibus Ariſtoteles, tactum eſſe volunt. Et prorſus extra controverſiam eſt guſtum abſque contactu non fieri, cæterum an guſtum à reliquo tactu pecularis aliqua differentia ſeparet.

non admodum ad hunc locum pertinet. Certe tactus, qui per omneis corporis parteis ſparſus eſt, adeo non deeſt linguæ, ut vix uſquam ſit hæc ſentiendi vis ſubtilior. Ab ima vero ſui parte religata eſt à pręcordiis, domicilio cordis. Nec attinet hic in quæſtionem vocare, utrum in cerebro an in corde ſit mentis humanæ ſedes, cum tanta ſit utriuſque cognatio, ut altero vitiato, protinus & alterum deficiat. Proinde cum naturæ providētia linguæ ſedem in altiſſima corporis parte tribuerit, nonne ſatis declaravit nobis hujus membri dignitatem? deinde quod in confinio cordis & cerebri ſitā eſſe voluit humanæ mentis interpretem, an non evidenter docuit eam non oportere diſcrepare à corde, ſed obtemperantem eſſe rationi, cui ſubjecta eſt, nec prius in vocem debere prorumpere, quam adhibitis in conſilium vicinis ſenſibus, præcipue auribus atque oculis, quibus inter corporis ſenſus principatus tribuitur? Sed multo magis conſulendæ ſunt interiores animæ

vires,

vires, intellectus ſeu ratio, ac memoria, quibus & ipſis ſedes & officinæ ſunt in cerebro. Unde ſatis liquet quam præpoſtere faciant hi, qui prius linguam laxant in verba, quam audierint aut viderint, aut quam animo perpenderint, quale ſit hoc de quo velint loqui: aut quales hi ſint apud quos verba facienda ſunt, cum oporteat huius membri miniſterium omnium eſſe poſtremum. Quoniam autem hoc membrum non in ſimplicem uſum nobis addidit, ſed organum eſſe voluit, primum ſumendi potus ac cibi, deinde vocis proferendæ, tertio ſermonis articulati, videre eſt operæ pretium quam exiguam & informem corporis portionem, rudique carnis maſſæ ſimilem, ad tam varium miniſterium finxerit accommodam. Primum ipſam finxit carnoſam, membranulis ac venulis interſperſam admixta pinguedine, ſed levem tamen, ac facile quovis volubilem, ſuperne aſperiorem, præſertim in medio ceu dorſo, quo palatum maxime contingit, etiamſi

hac quoque parte homini minus aſpera eſt, quam animantium pleriſque, inferne vero tota levis, quoque volubilior ſit, adeſt illic perpetuus humor, ut ipſa uda ac lubrica in udis ac lubricis quodammodo natare videatur. Ad imam partem qua latiſſima eſt, & in ſpeciem viciniæ carnis deſinit, duo coëunt itinera tenuiſſimo diſcrimine, quorum exterius, Græci vocant ἀρτηρίαν τραχεῖαν, ſpiritum tranſmittit pulmoni, ac viciſſim reddit: Alterum interius quod à quibuſdam ſtomachus dicitur mollius eſt, ac cibum tranſmittit in ventriculum. Ipſi viarum confinio imminet caruncula, quæ Græcis hinc dicitur epiglottis. Hujus officium eſt claudere meatum vocis, quo cibus ac potus citra noxam tranſmittatur in ventriculum. Rurſus alio ſe movens ſpiritui commeanti viam aperit. Iam additus eſt linguæ peculiaris quidam humor, qui niſi miſceatur cibo, deinde accedat contactus linguæ ac palati non fit guſtus. Eam vim licet per omnem linguam

ſparſam,

ſparſam, tamen in poſteriore ejus parte tradunt eſſe acerrimam. Unde hanc Græci quidam dixere γεῦσιν. Communi quidem tactu dijudicat quid aſperum, quid leve, quid calidum aut frigidum, tanta ſubtilitate, ut ne tenuiſſimus quidem pilus cibo admixtus illam fallat. Cæterum innumera ſunt ſaporum diſcrimina, quæ peculiari contactu diſcernit. Quot ſunt vini ſapores? Hos omnes primo guſtu agnoſcit ac dijudicat. Quid igitur hic attinet commemorare piſcium, pecudum, avium, herbarum, frugum, & aromatum infinitas differentias? Servit accipiendo cibo linguæ mobilitas, quæ ſe cum vult, dilatat, contrahit, demittit, erigit, ſupinat, ac repandam facit, in cæteris animantibus longior ſed anguſtior, quorum nonnullis vice manus eſt, ut bubus in carpendo gramine, canibus in bibendo, homini brevior eſt ſed latior, ob formandas voces, unde fit ut aves quæ imitãtur voces humanas fere linguam habeant cæteris proportione latiorem. Quin & ipſa lin-

guæ forma facit ad vocem promendam, unde piſces, quoniam linguam habent à terreſtribus animantibus differentem, omnino muti ſunt. Noſtra lingua quà contingit dentes primores, ac profertur, acutior eſt, ea pars proglottis Græcis dicitur. Ad formandos verò vocum ſonos ſervit illi palatum quoq; ac dentes, quibus ſeſe variis modis afflectit, nunc diductis, nunc contractis. Serviunt & labra, contracta, diducta, porrecta. Denique ſerviunt & fauces cum ſuis & arteriæ muſculis, quorum miniſterio vox exit grandior, acutior, obtuſior, blandior, auſterior. Porro cùm ſingulis animantibus terreſtribus natura peculiarem dederit vocem, ſolus homo unico linguæ plectro omnium voces imitatur, tanta ſimilitudine, ut ſi tantum audias imitatorem, credas vagire puerum, grunnire porcum, hinnire equum, uxorem cum marito rixari, coccycem certare cum luſcinia. Expende nunc mihi literarum, ſyllabarum, ac vocum differentias, linguarum peculiares

liares hiatus, ſtridores, ac ſibila. Has tantas varietates unicum illud plectrum effingit ac reddit in diverſarum gentium compluribus linguis. Nam ferunt Mithridatem regem viginti duas linguas ſic tenuiſſe, ut unicuique jus redderet ſine interprete. Si hoc potuit homo Barbarus & regni negotiis diſtentus, quid faceret Atticus nulli rei vacans niſi formandæ linguæ? Itaque non omnino temere ſic hominem notavit ænigma vetus, primum quadrupes, deinde bipes, mox tripes, per omnes terras volitat, & omnium animantium linguis loquitur. Sunt autem muſices harmoniæ quædam ac numeri modique, qui ſecreta quadam energia ſedant, aut movent diverſos hominum affectus. Ea res cum diverſis organis peragatur ab artificibus, omnium vim ac potentiam unicum linguæ plectrum complectitur. Hæc ad bellum tuba eſt aut cornu, eadem receptui canit cum libet, ad hilaritatem tibia eſt, ad voluptatem cithara, eadem cum vult lugubre canit. Mira-

mur piſcem remoram, corpuſculo puſillo navim ingentem plenis velis citatam repente ſiſtere, & non miramur linguam haud ita multo majorem remora, tot hominum millia quocunque lubitum eſt vocare, revocare, concitare, ſopire, nec civitatem modo cum civitate, verum etiam Africam, Aſiam, & Europam inter ſeſe committere. Quid igitur hoc membro felicius, quid potẽtius? Sed rurſum quid periculoſius? Proinde natura talem addidit temperaturam, ut ſi quando res moram non patitur, ſed præſentem orationem poſtulat, in promptu ſit uſus linguæ. Sic Crœſi filius ſervavit patrem, & gladium in caput illius vibratum inhibuit. Cęterum quemadmodum natura voluit linguam humanæ vitæ moderatricem eſſe promptam officio, ita diligenter admonuit, ne præcipiti petulantique facilitate perniciem afferret pro utilitate, exitium pro officio, venenum pro remedio, eoque cum oculos binos, aures binas, nares binas addiderit, unicam dun-

duntaxat linguam dedit, cumque aures ſic finxerit homini, ut velit nolit ſemper habeat patulas, quæ nec claudi poſſunt nec averti, quod tamen videmus multis animantibus non eſſe negatum, nimirum ipſa re clamitans quod docet Iacobus in epiſtola: Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum: Tum oculos cum non niſi tenui pellicula texerit ad ſomnum duntaxat, linguam velut in ſpecum abdidit, eamque tot vinculis alligatam, ſuperne ſub extremis palati partibus, deinde ad utrumque latus faucium extremarum, tum retinaculis ad pectus tendentibus, inferne vero in mandibula inferiore uſque ad vallum dentium quæ pars Græcis hypoglottis dicitur, ſic aſtrictam, ut nonnullis inciſione ſit opus, quo loquantur explanate: atque adeo Varro putat linguam à ligando dictam eſſe. Ad hæc oppoſuit geminum vallum ac repagula dentium triginta duorum. Nam & Homerus ſignificanter ἕρκος ὀδόντων appellat, quo vel morſu vul-

nereque coërcere queat ſi minus obtemperet rationi. Nam & in prima ſtatione collocavit dentes ad vulnerandum aptiores, quos ob id Græci τομεῖς appellant. Neque raro uſu venit, incautius inter edendum volventibus linguam ut dolore admoneantur non temere proferendum hoc membrum. Mox & valvas objecit labiorum, videlicet docens in lingua pretioſum eſſe theſaurum, quam ſic recondiderit, ſed cujus intempeſtivus atque immoderatus uſus ſummum habeat periculum, quam tot retinaculis cohibitam, non ſimplici munimento præſepſit, adverſus effrenem petulantiam, non promendi verba ſed fundendi temere quicquid in buccam venerit. Quo vitio vix aliud fuit apud ethnicos etiam homines deteſtabilius, quod graviter M. Cato ſummi probri loco objicit. M. Celio, non vitium appellans ſed morbum, qui ſi quem teneat, non aliter illam vexet inſatiabili libidine garriendi, quam veternus bibendi atque dormiendi. Huius autem morbi tam impo-

impotentem ait eſſe vim, ut qui eo laborat, non ſolum ad quamvis occaſionem indulgeat vitio ſuo, verumetiam ſi deſit qui audiat, ipſe ultro conducat convocetque quorum aures oneret inani loquacitate, non aliter quam ſolent circumforanei pharmacopolæ, qui poſita menſa populum ad ſe pelliciunt ingentibus promiſſis. Atque hos magna linguæ volubilitate multa miraque jactanteis, audiunt quidem aliqui, nemo tamen illis auſcultat, quod fide careat illorum oratio. Itaque verba quidem illorum audiuntur ab his quibus nihil eſt quod agant domi: nemo tamen eſt omnium qui ſe illis, quamlibet prodigioſa remedia pollicentibus, auſit committere ſi ægrotet. Eidem Celio M. Cato exprobat parem facilitatem vel loquendi vel tacendi: Fruſto, inquiens, panis conduci poteſt, vel uti taceat, vel uti loquatur, ſignificans homini nihil eſſe turpius quam habere linguam vilem pauloque venalem, vel ad dicendum quidlibet, vel ad ſilendum cum res poſtu-

lat orationem, quod genus homines Græci non ineleganti vocabulo γλωσσογάστορας appellant. Verum de Catone fortaſſe nemo magnopere mirabitur, ſi viro mere Romano, nec ullis græcanicarum artium deliciis effœminato diſplicuit inepta garrulitas, cum M. Tullius qui totam ætatem conſumpſit in eloquentiæ ſtudio, cujuſque celebratur illud, Concedat laurea linguæ, malit indiſertam prudentiam, quam ſtultam loquacitatem, neque quicquam arbitretur furioſius, quam verborum vel optimorum atque ornatiſſimorum inanem ſonitum, nulla ſubjecta ſententia. Etenim qui ſic loquuntur neſcire videntur ſe loqui, ſed quemadmodum de furentibus vatibus dictum eſt, dant ſine mente ſonum, cum nec cogitent quid loquantur, nec intelligant ſuas ipſorum voces, quæ non proferuntur ſed excidunt, eoque ſæpenumero fit, ut quemadmodum non præcogitant quid dicturi ſint, ita nec meminerint quid dixerint, adeo ut nonnunquam quæ

temere

temere dixerunt, pari impudentia ſe dixiſſe pernegent. Homerus autem cum Therſiten proponeret omnium deterrimum turpiſſimumq;, qui ad obſidionem Trojæ venerant, nihil in eo deſcribit accuratius, quam immodicam, citraque delectum, inconditam, clamoſam pariter ac rabioſam loquacitatem. Sic enim habet carmen:

Θερσίτης δ' ἔτι μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐκολώα,
Ὅς ῥ' ἔπεα φρεσὶν ᾗσιν ἄκοσμά τε πολλά τε ᾔδη
Μάψ.

Modus in re quavis optimus etiam proverbio dicitur, qui tamen nuſquam indecentius aut periculoſius abeſt, quam in dicendo, unde Therſiten ἀμετροεπῆ vocat, nec eum dicit loqui ſed tumultuari, ἐκολώα. Multa noverat dicere potius quam apta, eaq; nullo delectu, nulloq; ordine profundebat, unde & ἄκοσμα vocat poëta. Quoniam autem huiuſmodi linguæ volubilitas intempeſtiva fructu caret, ſed officit magis, addit μάψ. Fere fit autem ut qui ſtultiſſime loquaces ſunt improbiſſime vociferentur; nec hoc vitium tacuit poëta:

ὀξέα,

ὀξέα, inquit, λεκληγὼς. Ac mox:

Αὖταρ ὁ μακρὰ βοῶν Ἀγαμέμνονα νείκεε μύθῳ.

Quod vitium ſalſiſſime taxaſſe ferunt Ciceronem, qui dixerit oratores argumentis impares ſic ad clamorem ut claudos in equum conſcendere. Iam poëta Therſitæ dictionem, contentionem & irritationem appellat non orationem, & ideo non tacet Therſiten præ cæteris infenſum fuiſſe Achilli & Ulyſſi, quorum uterque fingitur, & ad dicendum inſtructus, & ad rem gerendam ſtrenuus. De Ulyſſe non eſt opus ut doceam. De Achille; quoniam rerum geſtarum gloria, eloquentiæ ſuæ laudem obſcuravit, proferam Homeri teſtimonium, ſiquidem Ilia. ι. de Phœnice qui Achillis adoleſcentiam inſtituerat, ſic loquitur:

Διδασκέμεναι τάδε πάντα,
Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων.

Iam eloquentiam Neſtoris, Ulyſſis & Menelai, quanquam diverſis virtutibus placuerunt, tamen diſſimilem facit Therſitæ loquacitati, Neſtori tribuens orationem melle dulcius fluentem ex ore ſenili, Ulyſſi tribuit

tribuit grandem ac vehementem, ſed hunc diu cogitabundum facit, antequam incipiat dicere, & addit ingentem vocem è pectore depromi. Menelao tribuit argutam breviloquentiam, ac dictionem nuſquam aberrantem à re; contra Therſitæ affingit orationem amarulentam, deinde nullo rerum ac verborum delectu, ſed temere profuſam, ut lingua cogitationem præveniret, poſtremo rabioſe clamoſam, & inani verborum ſtrepitu radentem aures. Proinde cum aliis oratio ſuavis, cordata graviſque, copioſa ubi res poſtulat, brevis & anguta cum opus eſt, apta rebus, tempori ac perſonis ſummam laudem parere ſoleat: Therſites dum ſceptro percuſſus fundit lachrymas, riſui eſt exercitui, ſuo malo diſcẽs tacere, qui loqui non didicerat, ne non verum eſſet quod ſcripſit Euripides: Α᾽χαλίνων ςομάτων, ἀνόμȣ τε ἀφϱοσύνας τὸ τέλος δυςυχία. Non potuit ſignificantius exprimere linguam temere vagam ac liberam, incogitanter effutientem quidlibet, nullo certo conſilo perpenden-

pendentem, quid deceat, quid expediat, quid non, quam quod ſic garrientis os dixit effrene, quodque incogitantiam eius dixit exlegem. Quemadmodum autem equus nullo freno coërcitus, ſæpenumero tum ſeſſorem tum ſeipſum in pręcipitium aliquod, aut in paludem defert, perdens ſimul & periens: ita lingua niſi rectæ rationis moderatione coërceatur, exitium adfert, non ſolum his qui auſcultant creduntque dicenti, verum multo ſæpiſſime ei qui ſic temere deblaterat. Qualem fructum affert ager natura quidem bonus ſed neglectus, talem affert lingua ſuæ permiſſa libidini. Nam ego τίλος in hoc Euripidis verſiculo, non finem ut hactenus literatis viſum eſt, ſed vectigal arbitror ſignificare. Unicuique membro corporis ſuus uſus eſt deſignatus, qui ſi rectus ſit, nonnullam adfert commoditatem: ſin minus, incommodo quidem aliquo mulctatur qui abuſus eſt, veluti qui perperam cernit fortaſſis impingit, & aut tibiæ livorem, aut fronti tuber conciliat.

ciliat. Verum ut linguæ moderatio ſummam affert & gloriam & utilitatem, ita ſi quis abutatur, pro fructu recipit exitium. Fortaſſe leve damnum, eſt pecuniæ diſpendium, verum ut in primis pretioſa poſſeſſio eſt honeſta fama, ita graviſſimum eſt damnum hujus jactura. Sed hoc quoque gravius damnum amiſſio vitæ, vel ob id quod ſemel amiſſa nullis artibus queat reparari cum pecuniæ jactura facile ſarciatur, famæ, licet ægre, tamen aliquo modo corrigi poteſt. Sed omnium graviſſimum eſt animæ jacturam facere, hoc eſt, æternam perdere felicitatem, ac ſempiternam mortem lucrifacere. Hæc omnia mala, cum potiſſimum nobis proficiſcantur ab intemperantia linguæ, nonne videtur hoſtis ſuæ ſalutis, qui tam frugiferi, ſed ejuſdem tam pernicioſi membri curam negligit? Quoniam autem famæ iactura levior habetur quam pecuniæ, præpoſtero quidem judicio, ſed plurium: hac de re prius dicam. Sunt vitia quæ conciliant odium aut invidiã, veluti arro-

arrogantia & violentia, ſunt quæ contemptum, veluti luxus & libido, ignavia & ſtultitia, nullum tamen omnium reddit hominem vel viliorem, vel magis aſpernabilem, ac magis etiam inviſum, quam futilis & importuna loquacitas. Id arguunt tot probroſa veterum cognomina, tot dicteria, proverbia, fabulæ, quibus taxarunt homines huic obnoxios morbo, ut cum loqui non didicerint, tamen tacere non poſſint. Eupolis enim illos non loqui ſed garrire dixit, depingens hujus generis quempiam, λαλεῖν, inquit, ἄριστος ἀδυνατώτατος λέγειν. Sic poëta diſtinxit λαλεῖν & λέγειν, quemadmodum Salluſtius loquentiam ab eloquentia: Satis inquit loquentiæ, ſapientiæ parum. Nam ut eloquentia nunquam abeſt à ſapientia, ita loquacitatis vitium ſemper cum ſtultitia conjunctum eſt. Celebris eſt & Epicharmi verſiculus, quo notavit hominem, impendio garrulum, qui cum non valeret dicendo, tamen ob linguæ vitium tacere non poſſet: Οὐ λέγειν, inquit, δεινὸς, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύνα-

ἀδύνατος. Ariſtophanes poëta multis inſignibus vocabulis, ac velut in hoc ipſum confictis depinxit hominem improbę loquacitatis: ἄνθρωπον, inquit, ἀγρείωπον αὐθαδόστομον, ἔχοντα ἀχάλινον, ἀκρατὲς, ἀπύλωτον στόμα, ἀπεριλάλητον, κομποφακελορρήμονα. Sunt quos etiamſi ratio non cohibet à ſtulta grarrulitate, tamen coërcet pudor, & idcirco poſuit agreſtem improbitatem, ἀγρειωπὸν appellans. Deinde quoniam iſti ſolent magnis clamoribus aſſeverare omnia, neque cuiquam concedere, ut ſemper inſcitiæ comes eſt confidentia, αὐθαδόστομον vocavit. Porro effrenem linguæ petulantiam, & quandam ut ita dixerim, garriendi temulentiam, denique futilitatem nihil quamvis arcanum continentis, tribus aptiſſimis verbis denotavit, ἀχάλινον, ἀκρατὲς, ἀπύλωτον στόμα, quorum primum ſumptum eſt ab equis freno carentibus, alterum à vino indiluto, tertium ab ædibus, quæ carent foribus, quod malum Græci ſimili verbo dicunt, ἀθυρογλωττίαν, καὶ ἀθυροστομίαν. Orationem exuberantem, ac ſuperfluis redundantem, Græci dicunt περιττο-

περιττολογίαν, quod vitium in eruditorum etiam ſcriptis & deprehenditur & excuſatur. Iam περιλάλημα, ſignificanter dixit Ariſtophanes hominem qui præter modum eſſet garrulus, ut intelligas eũ duplici nomine intolerabilẽ, partim quod meras nugas effutiret, quod ipſum puerile ac muliebre eſt, vel inſani potius, partim quod hoc ipſum faceret immodice. Tertia vox eleganter ex tribus dictionibus eſt compoſita, ex κόμπος, quod ſonat faſtum & arrogantiam, & φάκελος, quod declarat faſciculum ſive congeriem, & ῥέω, quod fluo ſignificat, unde & ῥῆμα & ῥῆσις, ut intelligas ſermonem citra delectum temere profluentem non ſine arrogantia. Quin & aliis probroſis appellationibus Græci genus hoc hominum denotant. Etenim cum dicendi gnaros appellent ῥήτορας ac λογίους, iſtos moleſte loquaces vocant λάλους, φλυαροὺς, ἀδολέσχους, nec minus ignominioſis vocibus deſignant hos Latini, linguaces, loculeios, garrulos, verboſos. vaniloquos, nugones, blaterones, ac rabu-

las

las appellantes, nec loqui dicuntur, ſed nugari, garrire, blaterare, loquitari, rudere, gannire, obſtrepere, obtundere, obturbare, coaxare, rugire, latrare, mugire, grunnire, cornicari, crepitare, tinnire. Quin & ſophiſtarũ loquacitas, tametſi non indocta, magno odio fuit apud veteres. Iam vero quod proverbiis exagitatus eſt olim hic hominum morbus, ſumptis undique metaphoris ab omni rerum & animantium genere, quæ ſtrepitu ſuo moleſtiam afferunt auribus. Hinc illa: Turture ajunt loquacior eſt, pica, graculo, ſturnove loquacior, Magis obſtreperus anſere, Cicada vocalior, Caute aut littore loquacior, Magis garrulus quam Citeria. Quin & ipſum hominem garrulum & obſtreperum vocamus Architæ crepitaculum: qui finem loquendi facere neſcit, Dodonæum æs, Arrhabium tibicinem, Spermologon, Dauliam cornicem, Tellenitiam echo, balneatorem: Quin & nihil non effutientem, ſi quid arcani creditum ſit, dolium pertuſum appellant. Morbum

bum autem ipſum ſignificanter ἀοινο-μέθυν dixere Græci, quod quemadmodum vulgus hominum vino calefactum ſolet effutire ſilenda, ita quidam loquendi libidine veluti temulenti redduntur, quoque diutius garriunt, hoc effutiunt ineptiora. Battologię convitium habent etiam euangelicæ literæ, licet à fabula natum, nimirum à Batto paſtore, cui Mercurius qui boves abegerat, vaccam dedit nę furtum proderet, ille promiſit ſe ſumma fide taciturum, mox reverſus mutata ſpecie ſimul cum voce, pollicitus eſt, taurum cum vacca ſi furtum proderet, ac protinus illę: Sub illis montibus inquit erant, & erânt ſub montibus illis: Riſiſſe traditur Mercurius ac Batti battologiam imitatus, & me mihi perfide prodis, me mihi prodis ait, ſimulque infidæ linguæ hominem vertit in lapidem, qui Latinis index dicitur, quo aurifices explorant aurum, atque ut hic feſtiviter adjecit poëta:

In nihil merito vetus eſt infamia ſaxo.

Ad hæc quemadmodum balneatores ob

ob morbũ garrulitatis iam olim male audiũt, ita male audiunt & tonſores; quod ad utroſq; conveniant homines otioſi & loquaces, quorũ contagio redduntur ipſi quoque tales. Affictа eſt & huic rei fabula. De Midæ auribus frequenter audiſtis, eas cum rex purpureis tiaris tegeret, tonſorem tamen famulũ fallere non potuit. Is cum arcanum nec auderet proferre ob metum domini, nec tacere poſſet ob naturæ vitium, ſeceſſit in agrum deſertum, & in effoſſam terram depoſuit voces, quas continere non poterat: Auriculas Aſini Mida rex habet: mox regeſta terra foſſam operuit, ne qua poſſent venire in publicum, ipſe abiit exoneratus. In eo loco poſt enatum eſt arundinetum: itaque arundines vocem ex ima terra hauſtam ſparſerunt in vulgus, ſic ut nihil iam eſſet notius quam illud: Auriculas aſini Mida rex habet. Nihil vetat ridere fabulã, modo quod ſubeſt vere ſerium figamus animo. Quot hodie videmus huic tonſori ſimiles, quibus ſi quid arcani credideris,

ris, ſic parturiunt quaſi rumpendi, niſi rurſus in aliquem effuriant quod acceperunt? Quærunt aliquem ſui ſimilem, & multis obteſtationibus ſtipulati perpetuum ſilentium, deponunt onus. Ille rurſus quærit alterum, & hic rurſus alium, ita fit denique, ut intra paucos dies populus ſciat, quod uni creditum erat. Interdum & vulgus verum videt, eſt ubi peccet. Attamen inſignis & evidens morbus ſit oportet, & à quo naturæ ſenſus vehementer abhorrent, quem imperita multitudo tot ſcommatis, tot proverbiis, tot conviciis ac fabulis proſcindendum exiſtimavit, quot nec furtum, nec adulterium, nec inceſtum lapidavit. Si leve pondus habet unius cujuſpiam è populo calculus, certe tot nationum ac ſeculorum conſenſus non poteſt videri levis momenti. Denique non hæc populi ſuffragia ſunt, ſed oraculum potius naturæ. Iam vero perlongum futurum ſit, ſi referre pergam, quot dicteriis, quot apophthegmatis viri graves ac ſapientes hunc intemperantis linguæ morbum

morbum taxaverint. Inter omnia dicendi genera laudatiſſimum eſt quod Atticum appellant, quod id longiſſime recedat ab inani tumultu verborum. Lacedæmonii vero, quorum aliis in rebus præ cæteris Græciæ nationibus laudatur integritas; cum primis inviſam habebant inanem garrulitatem; factis ſtrenui, verbis parciſſimi, adeo ut nullum linguæ artificium reciperent, quod artificio vicina ſit fraudulentia, ſic exiſtimantes oportere ſermonem bonorum virorum è pectore proficiſci, non ab arte. Quanquam & apud Romanos ſero contigit honos rhetoribus, diuque controverſum fuit, utrum orandi facultas ab arte proficiſcatur an à prudentia, & rhetorum præcepta, quæ poſt à Græcis tradita ſunt, plusne conducant ad bene dicendum, an officiant. Certe Ciceronis ætate non defuerunt, quibus diſplicebat ea forma, qua perfecti oratoris velut exemplar quoſdam propoſuerat. Sane Bruto viro ſingulari prædito integritate probata non eſt. Atque adeo in ipſa

Athenarum urbe omnium curioſarum artium vel parente vel nutrice mire inviſum erat nomen ſophiſtarum, qui tum temporis rhetoricen profitebantur, ſed magis ad oſtentationem quam ad res ſerias obeundas. Non hæc eo tendunt ut damnem artem, quam non gravatus eſt & Ariſtoteles, philoſophus tantus & tam ſerius accurate tradere: ſed ut intelligamus quam ſit omnium ſenſui moleſta, futilis loquacitas, cum ars omnium fere pulcherrima, ob hujus affinitatem apud pleroſque male audierit. Sed ad Lacedæmonios redeo, quibus adeo fuit inviſa loquacitas, ut Cteſiphontem, virum alioqui facundum ac diſertum, qui ſe prædicarat de re quavis vel totum diem poſſe dicere, apud ſe vivere paſſi non ſint, quod boni oratoris eſſe dicerent, habere ſermonem rebus parem, ut nec brevior ſit in dicendo quam res poſtulat, nec prolixior. Siquidem utrumque theatricum eſt, quod profitebantur quidam loquaces verius quam eloquentes, & res ampliſſimas in ar-

in arctum contrahere, & res minutiſſimas in immenſum verbis attollere. Quinetiam iuxta rhetorum ſententiam inter oratoris vitia vix aliud nocentius, quam ſuperflua verborum congeries. Quid enim agas apud judicem, vel audiendo defatigatum, vel ob turbam verborum non tenentem quæ dixeris? Proinde merito laudatur illud Cleomenis, apud quem cum Samiorum orator, oratione verboſiore conatus eſſet perſuadere, ut adverſus Polycratem bellum ſuſciperet, huncin modum reſpondit: quæ principio dixiſti, non memini, eoque nec media intellexi: Cæterum poſtrema mihi non placent. Nec huic diſſimile eſt, quod ferunt de Cleomene quodā altero Cleombroti filio, apud quem cum quidam haberet orationem æquo prolixiorem, ille offenſus dicentem interpellans: quorſum inquit mihi de rebus puſillis magna texis procemia? Decet enim ut oratio congruat rebus, de quibus verba facis. Nec infeſtiviter huiuſmodi morbum taxavit Ariſtoteles, apud quem

cum quidam diu multumque locutus ſubjeciſſet velut excuſans ſuam loquacitatem apud philoſophum: Nugatus ſum, inquiens, apud te philoſophe. Non per Iovem reſpondit, apud me quidem. Nã ego ad nihil omnium quæ dixiſti adverti animum. Nihil à philoſopho dici potuit gravius, nihil in locutuleium acerbius. Feſtivum & illud Archelai regis, à quo cum tonſor impendio loquax, circumponens lintea, ſubinde rogaret quomodo vellet radi: Silendo inquit. Neque vero Lacedæmoniis tantum placuit breviloquentia, quanquam ab his Laconiſmus nomen invenit., ſed & Phocion vir apud Athenienſes incorruptiſſimus, cum ambularet in foro cogitabundo ſimilis, & ex amicis quidam illi dixiſſet: Videris cogitabundus ô Phocion. Iſtuc vero recte conjectas inquit. Nam apud me perpendo, num quid ex his quæ dicturus ſum apud Athenienſes reſecare poſſim, aut prætermittere. Mire taxavit obiter aliorum ſtudium, qui magna ſolicitudine meditantur ut quam copioſiſſi-

pioſiſſima ſit oratio. Qui mihi videntur non minus inepta facere, quàm qui ſoliciti ſunt non ut lautum, ſed ut longum ſit convivium. Eam curam vir prudens juxta ac probus, ad ſermonis compendium tranſtulit. Idem Leoſthenis orationem, qua conabatur multis magnificiſque promiſſis populum Athenienſem ad bellū concitare, dixit ſimilem eſſe cupreſſis, quæ cùm pulchræ ſint ac proceræ, fructum tamen nullū adferunt. Herculem inprimis colebant Lacedęmonii, nimirum potius exemplum bene gerendæ rei, quam bene dicendi. Itaq; cum rhetor quiſpiam encomium Herculis, quod ingenti ſtudio compoſuerat, recitare vellet apud Antalcidam Lacedęmoniorum ducem, tanquam initurus ampliſſimam gratiam, ille non paſſus eſt. Quis, inquiens, illum vituperat? Adeo judicabat omnem orationem eſſe repudiandam, quæ non fieret de rebus neceſſariis. Siquidem apud eos qui de præclaris viris male ſentiunt, nonnunquā opus eſt oratione. Cæterum in eo laudan-

do, quem nemo vituperat, ſermonem abſumere, perinde eſt, ac ſi quis patrocinetur alicui, quem nemo peragit reum. Quam vir hic non tuliſſet rabulam linguæ petulantia debacchantem in mores proborum, qui Dei ſui laudationem ideo non tulit, quia non putabat neceſſariam? Huc pertinent & illa, quæ de Agide Archidami filio prodita ſunt. Hic Abderitarum legatum, poſt vix finitam loquaciſſimam orationem rogantem, quid ſuis civibus eſſet renunciaturus, ita taxavit: Renuntia, inquit, illis te mihi tantum temporis patienter auditum fuiſſe, quantum tu dicendo conſumpſiſti. Simili dicto percuſſit oratorē Perinthiorum, qui cum uſus oratione prolixiore, rogaſſet, quid reſponſi relaturus eſſet ad ſuos Perinthios, Quid aliud, inquit, quam te vix feciſſe finem dicendi, me vero tacendi? Nonne legationis huius fructum omnem intercepit linguæ loquacioris intemperantia? Huius generis fere ſunt orationes illæ ſolennes, quibus hodie principes torquentur verius

rius quam honorantur, dum ſuas laudes nonnunquam & falſas vel cum rubore, vel cum tædio coguntur audire, ne pereat oratori ſuus labor fortaſſe trimeſtris elaborandæ orationi impenſus. Ageſilaus cuidam prædicanti ſophiſtam quempiam, tãquam admirandum artificem, quod ras minutas verbis amplificaret: Ego, inquit, ne ſutorem quidem bonum dixerim, qui magnum calceum inducat exiguo pedi. Uſque adeo cordatis ac prudentibus viris grave tormentum eſt inanis linguæ volubilitas. Et in hoc vitium fere incidunt qui dialecticorum ac rhetorum præceptis, declamatoriiſque palæſtris, linguam potius armant verbis, quam pectus honeſtis rationibus. Unde non injuria celebratur à ſapientibus illud Agaſiclis dictum, apud quem cum quidam diceret ſe mirari, quod Philophane ſophiſta non uteretur dicendi magiſtro: Decet, inquit, me eſſe illorum diſcipulum, quorum ſum & filius. Quid didicerat vir cordatiſſimus à ſuis majoribus? non epicheremata,

mata, aut enthymemata, aut ſchemata, aut amplificādi rationes, ſed exemplo fortiter integreque gerendi principatum. Quam credimus huic animo diſplicuiſſe ſtultam ac muliebrem loquacitatem, qui dicendi rationem ſuapte natura frugiferam gravatus eſt ab artifice celebri diſcere? Quid ſi hic incidiſſet in talē rabulam qualem nobis depingit Flaccus in ſermonibus, ſic hærentem, ut excuti non poſſet, ſic obſtrepentem, & quibuſlibet de rebus immodice garrientem, ut ferri non poſſet? Cum ſudor, inquit, ad imos manaret talos, dum quidlibet ille garriret, vicos, urbem laudaret: Denique fatalem diem ſibi judicabat inſtare, qui in hominem tam garrulum incidiſſet, & Apollinis ope ſe ſervatū exiſtimabat, quod tandem adverſarius forte obvius ad tribunalia diſtraxiſſet jugulatorem. Itaque cum ſermo nobis potiſſimum in hoc datus ſit à Deo, ut homini cum homine convictus ſit jucundior: garrulitas facit, ut quod ſuapte natura ſuaviſſimum eſt, ſi quis ſicut oportet

utatur,

utatur, id ſummam afferat vitæ moleſtiam. Videmus autem naturam in hoc maxime fuiſſe ſolicitã, ut omnia conciliaret, quamlibet in ſpeciem pugnantia. Huic conciliationi, velut eſcam, adhibuit voluptatẽ: Per hanc commendavit gignendæ prolis amorem, per hanc fovendi educandique ſtudium: per hanc effecit, ut ſenex ſeni, puer puero, puer ſeni, ſenex puero ſit amicus. Quin & leonum luporumque catulos fovemus, quamdiu nobis voluptati ſunt. Hoc naturæ lenocinium in re omnium optima, perdit garriendi morbus. Itidem & vinum quod natura peculiariter indulſit, ad diſcutiendam triſtitiam, & exhilarandos mortalium animos, vitio noſtro verſum eſt in fontem rixarum ac cædium, nec aliunde plus oritur moleſtiarum, quam ex eo, quod in moleſtiarum remedium datum eſt. Quis autem non horret hominem phreneticum? Nihilo jucundius arbitror adeſſe temulento. Nihil enim furioſo ſimilius quam ira commotus, & ebrius, Et utraque res adeo cogna-

ta eſt inſaniæ, ut non raro furor perpetuus excipiat iram pariter atque temulentiam. Quanquam & alias philoſophi nihil intereſſe putant inter iram & inſaniam, niſi quod ira furor brevis eſt. Nam bile deferveſcente, redit animi ſanitas: & vino concocto, redit ſobrietas. Nihil autem ſimilius ebrietati quam garrulitas, adeo ut vulgus de hujuſmodi ſoleat dicere: Iſte ſibi conciliat ebrietatem loquendo. Atque hoc videlicet turpior eſt nugacitas quam ebrietas, quod ultro noſtroque vitio ſit acceſſita, cum ad bibendum ſæpenumero cogantur homines, cum ſæpius obrepat imprudentibus temulentia, velut inexpertis: nonnunquam & vinum imponat, violentius quam ſuſpicabatur is qui bibit. Ita adoleſcens ille Terentianus, quæritur ſibi data verba: Vicit, inquit, vinum quod bibi. At dum accumbebam, quam mihi videbar pulchre ſobrius! Ideoque quæ effutiuntur inter pocula, ſolent Bacchi violentiæ condonari, & vino

inſcribi.

inſcribi. Quemadmodum Pyrrhus Epirotarum rex petulantiæ gratiam fecit militibus, quorum unus reſpondit: Etiam occidiſſemus te ô rex, niſi lagena nos defeciſſet. Nec in omnibus tamen ebrietas gignit linguæ petulantiam, ſunt quos mutos efficiat, & ſomni magis appetentes quam garriendi, ut jam non ſit perpetuo verũ, quod proverbio dicitur: In ebrii lingua natare, quod latebat in corde ſobrii. At quiſquis ſuopte vitio linguæ temulentiã accerſit, quid habet quod prætexat, aut quo titulo culpam deprecabitur? Et tamen vinolentius garrit, homo futilis, ſobrius, quam quiſquam ebrius qui ſuapte natura non ſit obnoxius huic malo. Iam habet ebrietas quæ vino conciliatur, cõmoda quædam, ob quæ laudari quoque meruit à Platone. Diſcutit pũdorem ſtupidum, ſerenat ingenii triſtitiam, excitat animi torporem, rumpit inutile ſilentium, aperit quædam vitia, quæ profuerat in hoc prodi, ut per hilaritatem circa gravem offenſam ſolvantur: Denique quemadmo-

dum inter Lapithas & horum ſimiles nonnunquam bellum naſcitur ex poculis, ita inter multos ex compotatiunculis nata eſt firma benevolentia, ex inepta loquacitate quid poteſt decerpi commodi? Imo ſi philoſophis credimus, vinolentia non eſt temulentia, niſi adſit linguæ petulantia. Pronuntiant enim definiendo, nihil aliud eſſe temulētiam, quam nugacitatem ex immodico vini potu. Proinde non omnino reprehendunt vinolentiam, ſi adſit ſilentium, verum accedens ſtulta laquacitas ex vinolentia facit temulentiam. Quin & vulgo qui vino facti ſunt hilariores bene poti dicuntur, ebrii non dicuntur, niſi lingua deliret. Atque hæc nugacitas, hoc quoque nomine levior eſt, quod ſimul cum vino deferveſcit, nec unquam moleſta eſt niſi inter pocula, cum nihil agitur ſeriæ rei. Garrulus autem nullo non tempore, nullo non loco moleſtus eſt ſua temulentia, nuſquam non obſtrepit, in coronis, in conciliis, in tribunalibus, in viis, in ædibus, in navibus,
in ve-

in vehiculis, in conviviis, in rebus afflictis dolorem conduplicans, in rebus lętis ceu nubes ac tempeſtas quædam exorta contriſtat omnia. In vectatione plus affert vertiginis quam ipſa jactatio, in navigatione ſuo tædio ſuperat ipſam nauſeam. In itinere pedeſtri facundus comes pro vehiculo eſt, at garrulus pro ſarcina eſt etiam in vehiculo. In compotationibus in quibus laudantur loquendi tacendique vices, moleſtiam affert pro voluptate, dum per illum nec citharam audire nec fabulam ſpectare licet, nec aliorum accipere ſermones viciſſim ac reddere. In theatro enecat juxta aſſidentem, in foro male perdit bonas cauſas, vel quia tædio judicem occidit, abſque delectu modoque verba profundens, vel quia tales fide carent, etiam cum vera loquuntur. In ſeriis conſultationibus diem eximit. Irrũpit in ædes moleſtus ſalutator, occurrit in triviis, deducit, affectatur, inhæret pice tenacius, ſemper interim aliquid auribus obganniens. In morbo totos dies ac noctes aſſidet
ęgrotis

ægrotis, ipſa ægritudine moleſtior, nonnunquam & mortem accelerat alioqui victuris. Quietis turbat otiũ, occupatis impedimento eſt, quo minus quod agunt peragant. Quin in mediis bellis ac periculis, ubi res præſentaneam opem poſcit, nihil aliud quam garrit otioſas fabulas. Nonnunquam & dormientibus narrat fabulam impatientia ſilentii. Moderate monentem ferunt homines, garrulus & jam cum laudat moleſtior eſt vituperante. Quin obſervatum eſt eos quos hic habet morbus, cum toto die moleſti fuerint vigilantibus, etiam in ſomnis multa garrire, nonnunquam effutientes quæ præſtiterat reticuiſſe. Itaque cum ex gentium conſenſu cubiculo debeatur ſilentium, utpote loco quieti dedicato, garrulus etiam eodem in lecto accubantem fabulis enecat, dulcem ſomnum oculis obrepentem avertens, occupantem interrumpens, ac ne noctem quidem quæ rebus omnibus quietem adducere ſolet, patitur eſſe tranquillam, cum juxta Maronis deſcriptionem:

--- *Pla-*

--- Placidum jam carpunt feſſa
ſoporem
Corpora per terras, ſylvaque & ſæva
quierunt
Æquora, cum medio volvuntur ſide-
ra lapſu,
Cum tacet omnis ager, pecudes, pictæ-
que volucres,
Quæque lacus late liquidos, quæque a-
ſpera dumis
Rura tenent, ſomno poſitæ ſub nocte
ſilenti
Demulcent curas, & corda oblita la-
borum.

Nec luſcinia nec graculus, nec ullum omnino genus avium tam loquax & obſtreperum eſt, quin noctu conſileſcat. Cicada quamlibet garrula, non auditur niſi per ſolem diſcuſſis auroræ nebulis, ſub veſperam obmuteſcit. Ranæ ſerius garriunt, ſed his quoque nox imponit ſilentium. Garrulus ne eam quidem noctis partem ſinit eſſe tacitam, quæ à profundo omnium ſilentio conticinium dicitur, nec putat ad garriendum intempeſtivã, quæ ideo dicitur intempeſta, quod nullis nego-

negotiis gerendis, ſed ſoli quieti ſic accommoda. Nullus locus nullum tempus quietem impetrat ab intemperanti lingua. Nec ſemper impune eſt garrulo, dum nec ſub novacula ſilens vulnus accipit, & inter edendum aſſidue nugans, cibo in arteriam aſperam illapſo ſtrangulatur. Ridetur Matho quidam apud Martialem, qui dum in febri declamat, pro diſerto habebatur inſanus. Ridetur & Phryx quidā qui maluit nihil videre, quam parcius bibere. At garriendi libido nonnunquam & animam eripit, dum qui decumbit ex vulnere, aut apoſtemate juſſus à medico quietem ac ſilentium dies aliquot agere, non temperat à fabulis, ſibiq; pro ſalute quam pollicebatur curator, exitium acceſſit. Dodonæi lebetes non tinniunt niſi impulſi, & licet ſimul moti tinnitum in longum proferant, tamen aliquando deſinunt. Porticus illa loquaciſſima quam hinc, ut dixi, vocant heptaphonon, poſt ſepties redditam vocem obticeſcit, garrulus ultinnitum ſuum incipit, & ſi tribus verbis

verbis detur anſa loquendi, nullum omnino garriendi neque modum facit neque finem. Arrhabius ille tibicen, pluris erat conducendus ut defineret, quam conductus fuerat ad canendum. At nulla mercede poteſt cōduci ut deſinat qui ſemel loquendo factus eſt ebrius. Si Flacco credimus habet hoc vitium fere cantorum ſicut & poëtarum ἀοιδῶν ἦθος, Inter amicos, Ut nunquam inducant animum cantare rogati, Injuſſi nunquam deſiſtant. Garrulus & juſſus & injuſſus cantionem incipit, nunquam finiendam. Famæ domus apud poëtas non reſonat niſi tacita rumore. Garrulus immenſam fabularum vim ex ſeſe gignit velut araneus. Certis horis diei coaxant ranæ, non ſemper obſtrepunt anſeres, non omni parte anni moleſta eſt garrulitate hirundo, non omnibus menſibus canit coccyx, cicadis humeſcens cœlum imponit altum ſilentium, & luſcinia feſſa canendo deſinit tandem. Garrulus nullo non loco, nullo non tempore moleſtus eſt. Non miſſura cutem, ni plena cruoris

cruoris hirudo. Garrulus inſatiabilis nunquam inhęrere deſinit, donec occiderit quem ſemel apprehendit. Si quis immodico ſilentio moleſtus ſit, mirum videri non debet admodum, cum ſermo datus ſit ad conſuetudinis humanæ jucunditatem. At quiſquis hoc ipſo quod diſcutiendæ moleſtiæ datum eſt, moleſtiam affert, quid aliud, quam ſuo vitio mel vertit in aloën? Vehementer inamabilis ſit oportet quæ cum Veneris ceſtum circumferat, tamen inviſa ſit omnibus, ob morum inelegantiam: ita muſis omnibus iratis natus videtur, qui ſermone in hoc hominibus à ſuperis dato, ut amoris ac benevolentiæ ſit conciliator, odium ſibi parit apud omnes. Habet autem hoc vitium quiddam præ cæteris infelicitatis, propterea quod avarus, aut libidinoſus, aut ambitioſus, utcumque fruitur ſua cupiditate, ſolus garrulus maxime fruſtratur eo quod expetit. Studet eſſe voluptati, & ſe reddit inviſum omnibus: avet audiri, nemo minus invenit qui præbeant aures.

Quoniam

Quoniam autem fere garrulitati junĉta eſt curioſitas, & hic infelices ſunt, quod omnia ſitiant cognoſcere, nemo quicquam illis credit. Etenim qui colloquuntur de rebus arcanis, ſi procul conſpexerint garrulum, dimiſſo ſenatu fugiunt, quod ſi forſitan ille intervenerit, dicas ſupervenifſe Mercurium, aut lupum eſſe in fabula, ita ſubitum oboritur ſilentium. Diſcedit igitur ille lupus, ut ajunt, hians, aut ſi nihil pudet, & ultro garrire cœperit, non aliter quam nautæ ſimulatque viderint è ſcopulo quopiam ſpirare boream, ſuſpicantes imminere iactationem, ac nauſeam, priuſquam veniat tempeſtas in tutum ſe conferunt, ita diffugiunt qui convenerant, ac mox ut garrulus ad dicendum os diduxerit, antequam ordiatur nunquam finiendum ſermonem, alius alio ſeſe ſubducunt. Porro ſi præſenſerint alicunde loquacis hominis interventum, ilico ſolvitur conciliabulum, nec aliter quam ſi nunciato hoſtium adventu ſubito caſtra movenda ſint, quiſque ſibi circumſpi-

cumſpicit qua fugere liceat. Quod ſi quādo non licet effugere, veluti cum incidunt in eandem navem, aut in idem vehiculum, aut in idem convivium, nemo libenter aſſidet illi, qui norit hominem. Imo nemo lubens mercetur domum cui vicinus ſit homo immodice loquax, ac ne fundum quidem qui laboret eadem infamia. In tantum hic quoque verum eſt, quod dixit Heſiodus, πῆμα κακὸς γείτων. Itaque Themiſtocles cum cuperet agrum vendere, quo redderet eum vēdibiliorem, juſſit præconem cæteris commendationibus & illud addere, quod haberet bonum vicinum. At peſſimum habet vicinum qui garrulum ac futilem habet. Si tantum habet mali, ſermonis immodicus & intempeſtivus uſus, etiamſi nihil habeat præter inanes & ocioſas fabulas, quis feret iſtos, qui præter loquacitatis tædium, jactant pluſquam Thraſonicas glorias, obtrectant, deferunt, mentiuntur, effutiunt arcana, voces evomunt, ipſis etiam qui coguntur audire pericuſoſas? Verum hæc alias.

alias. Nunc tantum hoc vitium tractamus, quod nonnunquam & viris alioqui probis adeſſe videmus. Quod enim garrulus peccat dicendo, hoc docti nonnunquam peccant immodico ſcribendi recitandive ſtudio. Ejuſmodi quando nobis eleganter depinxit Martialis, & operæ pretiũ arbitror ipſum carmen referre: eſt enim cum primis elegans. Sic igitur habet:

Occurrit tibi nemo quod libenter,
Quod quacunque venis fuga eſt, & ingens
Circa te Ligurine ſolitudo,
Quid ſit, ſcire cupis, nimis poëta es.
Hoc valde vitium eſt periculoſum.
Nec Tigris catulis citata raptis,
Non dipſas medio peruſta ſole,
Non ſic ſcorpius improbus timetur.
Nam tantos rogo quis ferat labores?
Et ſtanti legis, & legis ſedenti.
Currenti legis, & legis cacanti.
In thermas fugio, ſonas ad aurem,
Piſcinam peto, non licet natare,
Ad cœnam propero, tenes euntem.
Ad cœnam venio, fugas ſedentem.
Laſſus dormio, ſuſcitas jacentem.

Vis

Vis quantum facias mali, videre?
Vir juſtus, probus, innocens, timeris.

Res per ſe frugifera eſt recitare quæ elucubraveris, ſed nimietas & intempeſtivitas facit, ut recitator ægre ſibi paret auditores corrogatos, atque etiam mercede conductos, etiamſi juxta Perſium norit comitem horridulum trita donare lacerna, & calidum ponere ſumen. Talem deſcribit Regulum Plinius. Item Horatius in arte poëtica, ſimilem huic quendam deſcribit, cui judices maluerunt ultro capſas cedrinas deferre quam audire recitantem. Huiuſmodi malum quoties urget, nihil eſt pretioſius quam pedes, quemadmodum ſcripſit Archilochus, quandoquidem in ſola fuga ſalutis ſpes repoſita eſt. Philoxenus in lapidicinas reduci maluit, quam audire Dionyſii carmina. Et Horatius optat citius iugulari, quam garrulum audire perorantem: Conſice me. Atque interim accidit, ut frequenter eadem ſint audienda, vel quia non ſemper ſuppetit nova dicendi materia, vel quia non meminit homo lo-

mo loquax, quid apud quos dixerat. Nunquam, inquit, tibi dixi de Rhodio adoleſcente? Plus millies audivi, ſed narra obſecro. Δὶς ϗ τρὶς τὰ καλὰ, & tamen hoc ipſum vix fert aurium ſenſus, quo non alius faſtidioſior. Quis autem ferat eaſdem nugas, idētidem inculcantem ac moleſtis centonibus onerantē aures non otioſas? Ciceronis orationes ſi quis frequenter relegat eaſdem, ſentiet tædium. Et Lyſiæ oratio, cum prima lectione vehementer placuiſſet, iterum ac tertio lecta frigere viſa eſt ei cui ſcripſerat, cum tamen affirment, huic nihil Veneris ac gratiarum in dicendo deeſſe. Ad quod ille ſalſe reſpondit: An plus quam ſemel dices apud judices? Solus Homerus admirabili fabularum varietate videtur effugiſſe ſatietatem, tametſi non ubique, quandoquidem multa reſecuit Virgilius, nec caret alicubi tædio, quoties lector eadem cogitur audire, à mandante & rurſus à referente, quod apud Virgilium rariſſimum eſt. Laconibus autem uſque adeo placuit verborum parſi-

Vis quantum facias mali, videre?
Vir juſtus, probus, innocens, timeris.

Res per ſe frugifera eſt recitare quæ elucubraveris, ſed nimietas & intempeſtivitas facit, ut recitator ægre ſibi paret auditores corrogatos, atque etiam mercede conductos, etiamſi juxta Perſium norit comitem horridulum trita donare lacerna, & calidum ponere ſumen. Talem deſcribit Regulum Plinius. Item Horatius in arte poëtica, ſimilem huic quendam deſcribit, cui judices maluerunt ultro capſas cedrinas deferre quam audire recitantem. Huiuſmodi malum quoties urget, nihil eſt pretioſius quam pedes, quemadmodum ſcripſit Archilochus, quandoquidem in ſola fuga ſalutis ſpes repoſita eſt. Philoxenus in lapidicinas reduci maluit, quam audire Dionyſii carmina. Et Horatius optat citius iugulari, quam garrulum audire perorantem: Conſice me. Atque interim accidit, ut frequenter eadem ſint audienda, vel quia non ſemper ſuppetit nova dicendi materia, vel quia non meminit homo lo-

mo loquax, quid apud quos dixerat. Nunquam, inquit, tibi dixi de Rhodio adoleſcente? Plus millies audivi, ſed narra obſecro. Δὶς καὶ τρὶς τὰ καλὰ, & tamen hoc ipſum vix fert aurium ſenſus, quo non alius faſtidioſior. Quis autem ferat eaſdem nugas, idẽtidem inculcantem ac moleſtis centonibus onerantẽ aures non otioſas? Ciceronis orationes ſi quis frequenter relegat eaſdem, ſentiet tædium. Et Lyſiæ oratio, cum prima lectione vehementer placuiſſet, iterum ac tertio lecta frigere viſa eſt ei cui ſcripſerat, cum tamen affirment, huic nihil Veneris ac gratiarum in dicendo deeſſe. Ad quod ille ſalſe reſpondit: An plus quam ſemel dices apud judices? Solus Homerus admirabili fabularum varietate videtur effugiſſe ſatietatem, tametſi non ubique, quandoquidem multa reſecuit Virgilius, nec caret alicubi tædio, quoties lector eadem cogitur audire, à mandante & rurſus à referente, quod apud Virgilium rariſſimum eſt. Laconibus autem uſque adeo placuit verborum parſi-

parſimonia, ut Anaxandridas quendam reprehenderit, quod apud Ephoros recta quidem locutus eſſet, & utilia, ſed pluribus quam oportuit: Hoſpes, inquit, re opportuna, non opportune uteris. Hinc colligi poteſt, quantum habeat mali, de rebus frivolis immoderata loquacitas, quãtum etiam tædii, apud probos ac cordatos viros, cum vitio data ſit oratio frugifera, non ob aliud, niſi quod æquo prolixior. Quin in univerſum perſpicitur eſſe verum, ubicunque minus eſt cordis ac roboris, ibi plus eſſe linguæ. Avibus natura garritum & vocum alienarum imitationem dedit, tauris & leonibus non item. Et in pueris, ſenibus ac mulieribus, quoniam imbecillior eſt animi vigor, lingua eſt intemperantior. Ciceronis facilitatem copiamque nemo ferret, niſi tam eſſet felix, quanquam & is dictus eſt Aſianus. Et tamen qui hujus linguam & ingenium probabant, animi robori non ſunt auſi fidere, cũ res conſtantem ac fortem virum deſideraret. Demoſthenes in dicẽdo non

paulo

paulo aſtrictior eſt M. Tullio, & tamen non tam probatū eſt pectus hominis quam oratio. Invicta quædam animi vis aderat utrique Catoni, & utrunque legimus in hoc fuiſſe miraculo, quod paucis verbis magnam ſententiarum vim complecterentur. Siquidem cum Cato ſenior apud Athenienſem populum verba faceret, illud in primis admirati ſunt, quod quæ ille latine paucis verbis abſolviſſet, interpres, nam per interpretem loquebatur, vix lōgo verborum ambitu potuerit reddere. Unde cœpit omnes hæc opinio, Græcis orationem è labiis, Romanis è pectore proficiſci. Etenim qui certo judicio perſpectum habet quid ſit honeſtum, deque honeſto certum habet animi decretum, nihil opus habet multis verborum laciniis, quibus quod ſentit ac vult explicet. Nulli enim loquacius dicunt, quam qui vel non intelligunt de quo diſſeruerunt, vel parum attente cogitarunt de re quam tractant, velut inter dicendum meditantes quid ſit dicendum. Proinde

nulli paucioribus verbis explicant cauſam, quam qui exactiſſime tenent dicendi rationem. Etenim quibus maxime cognitum ac perſpectum eſt, quibus capitibus tota cauſa nitatur, & quibus argumentis potiſſimum confirmari poſſit, his facillimum eſt omiſſis ſupervacaneis neceſſaria dicere. Quod ſi arti accedat prudentia cum integritate conjuncta, facile vitatur loquacitatis vitium. Talis erat & Cato junior cognomento Uticenſis, qui ſententiarum pondere commovebat animos hominum magis quã orationis ubertate, nec unquam proſiliit ad dicendum niſi cum res ipſius orationem flagitaret. Tales erat & apud Athenienſes Phocion, de quo nobis alio loco dictum eſt. Talis omnium ferme dictio quorũ integritatem cum prudentia conjunctã admirata eſt antiquitas. Horum enim oratio ſimilis eſt aureo numiſmati, quod cum minimum habeat magnitudinis ac ponderis, tamen valet plurimum, cum loquacium ſermo ſic onerat auditoris aures verbs multis quidem

quidem ſed infrugiferis, quemadmodum qui ferreis obolis, aut æreis nummis oneratur, non multum afferentibus ad rationem. Nullis igitur moleſtior eſt loquacitas quā iis, quibus placuiſſe dicendo pulcherrimum ſit. Graviter Ariſtoteles delaſſatus cujuſdam ineptis ſermonibus, cum ille, ceu rem egregiam peroraſſet, ſubinde repeteret, An non hoc mirum Ariſtoteles? Non iſtud, inquit, quod narras mirum eſt, ſed illud potius mirum, ſi quis cum pedes habeat te perpeti queat. Habet enim & hoc tædii loquacitas, nec ſilere patitur auditorem, nec admittit ſermonum vices, ſed poſtulat ut identidem ſuccinas aliquid velut applaudens, aut exigens ut pergat. Euge, pulchre. Quid tum poſtea? Admodum. Quid audio? Novi quendam pileo *ἱεροπρεπεῖ μεγαλοῤῥοῦντα*, ſed eundem plus quam ſcurrili loquacitate, qui ad quodvis nugamentum denarratum, mirum quam indecore occinit illud ex Ariſtophanis fabula, ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ, veluti exigēs ab auditoribus applauſum, ac ipſe ſibi

 quodam

quodā modo plaudens. Qui bonam fabulā recitat, non ante poſcit plauſum quam dicat, Valete: garrulus cum nunquam dicat valete, ſubinde jubet ad nugaciſſimas nęnias plaudere. Nec eſt contentus unica fabula, ſed aliam ex alia veluti linum è lino contexit. Talibus Ligurinis poterimus & nos dicere: Vis quantum facias mali videre? orationem rem omnium jucundiſſimam corrumpis, linguam, qua non aliud membrum utilius aut ſalubrius, fruſtra deteris, jacturam interim faciens tantorum bonorum, quæ moderato linguæ uſu parari poterant, ac theſaurum omnium pretioſiſſimum profundis. In foribus, ajunt, hydriam, nihil enim aqua vilius. At quæ pretioſa ſunt non uno ſervantur oſtio. Neque quiſquam theſaurum domui credit, cujus oſtia ſeras non habent, neque pecuniam opinor credis marſupio, quod claudi non poteſt, & tu tam inæſtimabilem theſaurum circumferens, ore ſemper hiante obambulas? Et interim cum nihil ſit facilius quam tacere, tu exerces artem

artem & ad rem & ad famam inutilem. Moleſtus es omnibus, ſed præcipue cordatiſſimo cuique, nemo tibi credit, ne vera quidem dicenti, teipſum propinas deridendum, naſoque ſuſpendendum, nec aliter excutis teipſum ab hominum conſortio, quam ſi parricidium admiſiſſes. Quis enim non malit cum homine ſceleroſo, ſed linguæ moderatæ, conſuetudinem habere, quam cum homine nugaci, licet alias innocenti? Nec ipſe frueris tuo morbo, & alios enecas tædio. Iam infelicius etiam eſt rideri, quam haberi odio. Nihil enim in ſe habet durius infelix paupertas, quam quod ridiculos facit, quemadmodum ait ille: Ad ſummum enim malorum venit ille, qui cum ſit calamitoſus, nec favorem nec miſericordiam promeretur, ſed riſum lucrifacit. Hoc tibi prorſus uſu venit. Sed haud ſcio, an hanc operã fruſtra ſumamus, dum oratione cupimus mederi garrulo, qui quoniam tacere non poteſt, non recipit pharmacum, haud diſſimilis ægrotis, qui medicinam revomunt,

priuſquam totam hauſerint. At Stertinius ille dum apud Flaccum oratione philoſophica mederi ſtudet Damaſippo, primum audire atq; togam jubet componere. Proinde cum ſint multa vitia ſceleratiora, tamen haud ſcio, an ullum ſit immedicabilius, quam loquacitas. Nunc itaque videamus quantum habeat fructus & auctoritatis, vel ſilentium, vel parcus ac modicus linguæ uſus. Quanquam & hanc in partem à nonnullis peccatur interim. Eſt enim ubi præſtiterat locutum fuiſſe, quam tacuiſſe. Multis probro datum eſt, quod linguam haberent venalem: rurſum aliis dedecori fuit, ſilentium habuiſſe venale, quibus dictus eſt bos inſidere linguæ, & Demoſthenes dictus eſt argentanginam pati, & proverbiis etiam nobilitatum eſt, Amyclas ſilentio periiſſe. Sed arbitror perpaucos eſſe mortales qui non poſſint vere dicere quod Simonides: Sæpe locutum fuiſſe pœnituit, ſiluiſſe nunquam. Quanquam hujus reſponſi gloriam Valerius Maximus ad Xeno-
cratem

cratem refert. Iam quod ſilendo peccatum eſt, ſarciri poteſt oratione: At ſemel emiſſum volat irrevocabile verbum. Optimus quidem, ut habent proverbia, modus eſt, cum in rebus omnibus, tum vero potiſſimum in oratione. At ſicut ex his qui aberrarunt à medio, levius reprehenditur qui vergit ad profuſionem, quam ad avaritiam: ita contra minus peccat, qui immodice taciturnus eſt, quam qui intemperanter loquax. Illud etiam vitium nō modo tutius eſt, verum etiam honeſtius. Certe cordata breviloquentia, nihil eſſe poteſt divinius. Eoque graviter dictum eſt à quodam, loquendi magiſtros habere nos homines, tacendi deos. Raro produntur oracula, eaque pauciſſimis verbis comprehenſo: atque hanc ob cauſam plurimum habent auctoritatis, ac deorum voces eſſe creduntur. His ſimillima ſunt veterum ſapientum dicta, qualia multa feruntur Pythagoræ, multa Socratis & aliorum ſapientum titulo. Quid autem mirabilius præſtantium viro-

xum apophthegmatibus? In tanta verborum parſimonia, quanta ſententiæ fœcunditas? Priſcorum ætas paucis legibus erat contenta. Atque hæ quandam oraculorum breviloquentiam referebant. Hujuſmodi ſunt Solonis leges apud Athenienſes: Lycurgi, apud Lacedæmonios: ac Romanis in omnes caſus ſufficiebant duodecim tabulæ, & ad excludendum in omnibus cõtractibus dolum malum ſatis erat unica formula: Inter bonos bene agier oportet. Plato dixit reges deorum filios, & princeps nihil aliud eſt, quam viva lex, unde reges maxime decet oratio verbis aſtricta, ſed ſententiarum pondere efficax, cujuſmodi ſunt oracula numinis, ac priſcæ leges. Quin & reliquæ diſciplinæ liberales una cum moribus hominum à ſimplicitate priſca degenerarunt factæ loquaciores, ſed minus ſyncerae. Declamatoria garrulitas corrupit eloquentiam. Quid autem hodie operoſius noſtra muſica? Tot vocibus multarum avium garritum imitans? Quid diceret Emerepes ille

ille Laconum Ephorus, qui Phrynidis muſici duas è novē chordas incidit bipenni, dicens, ne corrumpas muſicam, ſi nunc audiret in templis eadem organa referre, tubas, cornua, lituos, tibias apertas, tibias obſcuriores, tibias raucas, tonitrua, voces hominum, & volucrum? Qualis eſt muſica noſtra, talis eſt cultus, talis victus, talis ædificatio. Priſca ſimplicitas nuſquam eſt, indies augeſcunt operoſæ deliciæ. Proinde quamdiu mores hominum erant incorrupti, ſermo quoque fuit parcior, id quod facile deprehendat, qui priſcos ſcriptores cum recentioribus conferat, velut Hippocratem cum Galeno: Socratem cum Chryſippo. Nunc omnis ſapientia in pluſquam ſophiſticam garrulitatem degeneravit, & ob id ſapientiæ nomen amiſit, atque in contemptum venit, nec fere colitur, niſi ab ingeniis parum felicibus. Ne quid interim attingam de noſtris legibus ſine modo loquacibus. Itaque ſi ex oratione quæritur delectatio, hanc perdit aſſidue garriens. Siqui-

adhiberi, qui cum inter ſeſe viciſſim ſermonibus colloquerentur, ſuum quoque veluti ſymbolum in medium conferente, Zeno ſolus omnium nihil dicebat. Quod admirantes legâti, cum illum comiter appellaſſent, propinaſſentque, de te, inquiunt, Zeno quidnam renuntiaturi ſumus regi? Et ille: Nihil, inquit, aliud, quam Athenis eſſe ſenem, qui norit inter pocula ſilere. Tribus argumentis exaggeravit ſilentii pertinacis miraculum, quod ſenex, cum ætas ea ferme ſit garrulitatis malo obnoxia: quod inter pocula, ubi vinum & exempla garrientium ad loquendum provocant: denique quod Athenis, videlicet in urbe omnium loquaciſſima. Eleganter itaque Hecatæo rhetori patrocinatus eſt Archidamidas, cui cum quidam vitio verteret, quod admiſſus in ipſorum convivium nihil dixiſſet: Imo videris, inquit, ignorare, & hanc eſſe partem artis dicendi, dicendi tempus cognoſcere. Ejuſdem enim artis eſt, apte tacere, & apte dicere. Quemadmodum Alcibiades in
Plato-

Platonis convivio, non exiſtimat in bello minoris eſſe virtutis bene fugere, quam pugnare gnaviter. Cantores enim qui peccant in ſilentiis, quibus viciſſim interrumpunt voces, declarant ſeſe muſices imperitos eſſe, ac ne voces quidem ex arte depromere. Itaque qui judicio poteſt ſilere, declarat ſeſe quoties loquitur, judicio loqui. Atque ea demum oratio frugifera eſt, quæ non effluit, ſed promitur ac diſpenſatur. Docent autem phyſici fere ſteriles eſſe, quibus genitale ſemen profluit, quem morbum gonorrhœam appellant medici. Neque minus ſterilis eſt illorum oratio, qui morbo loquuntur, nec tacere poſſunt etiam ſi velint. Obſervatum eſt hoc à doctis, pueros qui ſerius incipiunt fari, evadere lingua firmiore: Contra qui præcoces ſunt ad dicendum, imbecilliore eſſe plectro. Sic & herbæ, quæ ſubito grandeſcunt, minus habent vigoris, & materiæ quæ cito ſuccreſcunt in altum, minus habent roboris. Natura taciturnior erat Horatius: verum is adhuc

nobis

dem hic quoque verũ eſt, quod ſcripſit Iuvenalis: Voluptates commendat rarior uſus: ob hoc enim reges fere ignorant delectationem, quæ ex gemmis, ex purpura, è cibis ac vinis capitur, quod in his aſſidue verſentur. Quod ſi quis caſus illos adigat ad famem ac ſitim, tum fatentur intelligere ſeſe quanta voluptate per omnem vitam fraudati ſunt, cum vehemente ſitienti ſimplex aqua ſuavior ſit quovis mulſo, & glandes quoque placentas ſuperent: Ita jucundior eſt illorum oratio, qui raro loquuntur ac paucis. Sin fructus petitur, nullus eſt orationis fructus, niſi audiatur. At id facit garrulitas, ne quis audire vel poſſit, vel velit. Et ſi forſitan audiatur, nihil perſuadet, qui fide caret. Nullus enim habet fidem ei, qui non ex judicio, ſed ex morbo diſertus eſt, ne dicam interim quod loquacitatis vitium ſemper comitatur opinio ſtultitiæ. Hinc illud vulgo jactatum: Vaſa quæ ſunt inania plurimum ſonare. Silentium vero tametſi non ſemper è prudentia naſcitur,

tamen gravitatis ac ſapientiæ ſpecimen habet. Unde cuidam in convivio ſilenti, non ineleganter dictum eſt à quodam: Si ſapiens es, rem ſtultam facis: ſi ſtultus, rem ſapientem facis. Et in alium quendam, Philoſophus hic videri poterat, ſi ſiluiſſet. Nihil enim impatientius ſilentii quam ſtultitia. Ita cum Demaratus Lacedæmoniorum rex in conſeſſu quodam ſilens, interrogaretur, utrum ſtultitia ſileret, an ob ſermonis inopiam: Atqui, inquit, ſtultus tacere non poteſt. Huic ſimillimum eſt, quod de Biante proditum eſt: qui cum in convivio quodam taceret, ac propterea tanquam inſciens & inelegans taxaretur à garrulo quopiam: Imo quis inquit, natura fatuus inter vina ſilere poſſit? Graviter nimirum ſtultitiæ convitiū à ſe depulſum in ipſum detorſit calumniatorem. Scitum eſt & illud Zenonis, Athenis quidam regios oratores accepturus, quoniam ſciebat eos eruditis ſermonibus oblectari, quo jucundius eſſet convivium curavit & philoſophos aliquot

adhiberi, qui cum inter ſeſe viciſſim ſermonibus colloquerentur, ſuum quoque veluti ſymbolum in medium conferente, Zeno ſolus omnium nihil dicebat. Quod admirantes legati, cum illum comiter appellaſſent, propinaſſentque, de te, inquiunt, Zeno quidnam renuntiaturi ſumus regi? Et ille: Nihil, inquit, aliud, quam Athenis eſſe ſenem, qui norit inter pocula ſilere. Tribus argumentis exaggeravit ſilentii pertinacis miraculum, quod ſenex, cum ætas ea ferme ſit garrulitatis malo obnoxia: quod inter pocula, ubi vinum & exempla garrientium ad loquendum provocant: denique quod Athenis, videlicet in urbe omnium loquaciſſima. Eleganter itaque Hecatæo rhetori patrocinatus eſt Archidamidas, cui cum quidam vitio verteret, quod admiſſus in ipſorum convivium nihil dixiſſet: Imo videris, inquit, ignorare, & hanc eſſe partem artis dicendi, dicendi tempus cognoſcere. Ejuſdem enim artis eſt, apte tacere, & apte dicere. Quemadmodum Alcibiades in

Plato-

Platonis convivio, non exiſtimat in bello minoris eſſe virtutis bene fugere, quam pugnare gnaviter. Cantores enim qui peccant in ſilentiis, quibus viciſſim interrumpunt voces, declarant ſeſe muſices imperitos eſſe, ac ne voces quidem ex arte depromere. Itaque qui judicio poteſt ſilere, declarat ſeſe quoties loquitur, judicio loqui. Atque ea demum oratio frugifera eſt, quæ non effluit, ſed promitur ac diſpenſatur. Docent autem phyſici fere ſteriles eſſe, quibus genitale ſemen profluit, quem morbum gonorrhœam appellant medici. Neque minus ſterilis eſt illorum oratio, qui morbo loquuntur, nec tacere poſſunt etiam ſi velint. Obſervatum eſt hoc à doctis, pueros qui ſerius incipiunt fari, evadere lingua firmiore: Contra qui præcoces ſunt ad dicendum, imbecilliore eſſe plectro. Sic & herbæ, quæ ſubito grandeſcunt, minus habent vigoris, & materiæ quæ cito ſuccreſcunt in altum, minus habent roboris. Natura taciturnior erat Horatius: verum is adhuc

nobis

nobis loquitur. Vergilio Maroni ſolitus eſt inſultare Philiſtus linguax & improbus, cujus impudentia cum eo proceſſiſſet ut Auguſto præſente Vergilium vocaret elinguem, poëta modeſtiſſimus, qui ſemper illum patientiſſime tulerat, juſſit tacere rabulam, ſe cum vellet ea tuba locuturum, quæ latiſſime foret audienda. Mox converſus ad Auguſtum: Si hic, inquit, Cæſar tempus loquendi noſſet, raro loqueretur. Tacendum enim ſemper eſt, niſi cum aut taciturnitas tibi non noceat, aut oratio aliis proſit. Tacet nunc inſulſus Pero, tacet Carbilius, tacet Petilius, tacet Avitus, tacent omnes Vergiliomaſtiges, ſolus Maro loquitur. Evanuit illorum temporaria loquacitas, Maronis lingua nunquam ſilebit. Sermo igitur qui pauciſſimis verbis multam ſententiæ vim complectitur, ſimillimus eſt ſemini ſicco, minutoque & in ſpeciem contemptibili, quod terra conditum ingentem arborem effundit. Quin & in his qui ex dicendi copia laudem affectant, ſolæ breves argutæque ſen-

ſententiæ, quas quoniam rei denarratæ, aut argumentationi abſolutæ ſolent accini, epiphonemata vocant, plauſus & acclamationes excitant apud multitudinem: Velut in ſagittariorum certaminibus, non ille laudatur qui quam plurimum emittit jaculorum, ſed qui vel uno ſcopum ferit. Iam & apud philoſophos breves ſententiæ ceu decreta quædam, propter auctoritatem appellantur ἀξιώματα. Nec auctoritate caruerunt, qui factis veluti mutis ſymbolis quam verbis indicare maluerunt, quod perſuaſum eſſe volebant. Heracletus cum in ſeditione rogaretur à civibus, ut pro concione ſuaderet concordiam, aſcendit pulpitum, & calicem implevit frigida, ac farinam infuſam indice miſcuit, ac bibit, itaque diſceſſit, videlicet ipſa re loquens, plerunque ſeditiones ex luxu ſuperfluarumque rerum appetentia naſci: Concordiam autem facile conſtare inter eos, qui modicis tantum ac naturæ neceſſariis contenti forent. Simili compendio Scylarus rex Scytharum filiis ſuis, quos

quos octoginta reliquiſſe dicitur, commendavit concordiam. Iam morti vicinus miſſilium faſcem adferri juſſit, mandavitque adoleſcentibus robuſtis, ut qui poſſet, faſciculum ut erat colligatum frangerent: cum ſinguli tentaſſent, jamque fatigati ac deſperantes conari deſiſterent, ipſe ſingulas haſtas eductas è faſciculo, nullo negotio fregit. Non potuiſſet oratione quamlibet prolixa juvenibus efficacius perſuadere, potentiam illorum invictam futuram, ſi in fraternæ concordiæ fœdere perſeverarent: Sin diſſidiis alius ab alio disjungerentur, facillime poſſe ſuperari. Aut quando Sertorius oratione quantumvis meditata perſuaſiſſet inconditæ barbaræque Luſitanorum multitudini, ne cum Romanis copiis univerſa acie Martis aleam experirentur, quod exemplo perſuaſit: Exhibitis duobus equis, altero validiſſimo, altero imbecilli, huic admovit juvenem viribus præſtantem, illi ſeniculum invalidum, iuſſitque ut uterque caudam equi, cui fuerat admotus,

motus, velleret. Id cũ juvenis totam equi caudam complexus fruſtra tentando defatigaretur, ſenex paulatim revellens, facile totam caudam depilavit. Rurſus Lycurgus qui duos canes produxit ad populum, alterum è generoſis venatoribus prognatum, ſed domi ad ignaviam alitum, alterum ingeneroſum, ſed venationibus exercitatum: deinde emiſſa eſt è caveis fera, ſimul & cibus projectus, generoſus ille conſuetudinem referens potius quam naturam, ad cibum accurrit: alter ut erat educatus, omiſſo cibo in feram inſiliit, an potuiſſet ullo ſermone efficacius perſuadere multitudini, quantum habeat momenti recta inſtitutio? Simili commento Tarquinius, Tarquinio Sexto filio, per nuntium miſſum roganti quid de Gabiis faceret quos haberet in manu, nihil quidem reſpondit, ſed nuntium cujus fidei parum credebat in hortum ſeduxit, eoque præſente velut aliud agens, altiſſima papaverum capita, baculo quem forte manu tenebat, decuſſit, qui cũ rever-

reverſus renuntiaſſet quid vidiſſet, intellexit callidus juvenis patris ſententiam, nimirum ut primores Gabiorum aut in exilium ageret, aut decollaret. Cleanthes interrogatus quid intereſſet inter dialecticam & rhetoricam, pugnum oſtendit, ac mox eandem manum explicatã protulit. Quantis verborum ambagibus hoc alius explicuiſſet? Nemo tamen potuiſſet abſolutius. Ex hac dictorũ ſententioſa brevitate præcipuam laudem ſibi tulere Lacedæmonii, quẽadmodum antea dicere cœpimus. Archidamus enim cum audiſſet quod Elei ſuppetias ferre vellent Arcadibus, nihil aliud ſcripſit per epiſtolam, niſi: ἀρχίδαμος ἠλείοις, ἡσυχία καλόν· Archidamus Eleis, quietem agere bonum. Sed illud λακωνικότερον etiam. Etenim cum Philippus à Lacedæmonibus petiſſet, utrum vellent ipſum in civitatem recipere an non: illi nihil aliud reſcripſerunt in charta, quam unicam ſyllabam grandioribus literis οὐκ, id eſt, non. Iidem cum ad eos Philippus miſiſſet epiſtolam plenam

plenam minis, inter quas erat illud: Si Laconicum agrum invaſero, funditus vos delebo: unica tantum vocula reſponderunt, αἴκα, id eſt, ſi: brevius etiam reſponſuri, ſi communi Græcorum lingua dixiſſent εἰ, quæ dictio in Apollinis templo dicata multorum eruditorum ingenia exercuit. Eidem atrocia minanti nihil aliud reſcripſerunt quam Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ, ſubindicantes illi cavendum, ne dum aliorum fines invadit, ipſe ſuo regno pelleretur: quod acciderat Dionyſio, qui ex tyranno factus eſt ludi literarii magiſter. Iidem ad Demetrium regem unicum tantum legatum miſerant: qua de re cum vehementer indignaretur, ſubinde repetens, quod unum tantum miſiſſent: Orator Lacedæmoniis nihil commotus reſpõdit: unum ad unum. Ageſilaus Menecrati cui cognomen erat Iupiter, cum is ad ipſum ſcribens, non abſtinuiſſet ab ambitioſo titulo, ſic exorſus epiſtolam: Menecrates Iupiter Ageſilao χαίρειν, reſcripſit hunc in modum: Rex Ageſilaus Menecrati ὑγιαί-

ὑγιαίνειν, hoc eſt ſanitatem, unius verbi mutatione exprobrans illi inſaniam qui Iovis cognomine gloriaretur, cũ nihil aliud eſſet quam homo, fortaſſe cæteris deterior. Quinetiam in bellis capitalibuſque periculis ſemper plus valuit ſermo brevis, quam oratio verboſiſſima valuiſſet. Perierant Tarentini milites de quibus antea meminimus, qui delati fuerant quod inter pocula fanda, atque infanda in Pyrrhum regem dixiſſent, ni quidam illorum compendio ſic cauſam expediſſet: Ni nos, inquit, rex, lagena defeciſſet, occidiſſemus te. Dux autem ille qui milites commiſſuros ſic adhortatus eſt: Curate nunc corpora, apud Proſerpinam cœnaturi, brevi dicto efficacius excitavit animos omnium ad fortiter rem gerendam, quam ſi idem tentaſſet verboſa diuque meditata oratione. Habet enim ſimplex ac nuda veritas genuinam energiam, & aculeos ſuos, quibus multo plus efficitur quam tumultu verborum. Quemadmodum qui palæſtricen callet, citius minore-

que

que negotio dejicit hominem, quam alius ejus artis ignarus quamlibet viribus pollens, ac vehementer tumultuans. Crœſus Lydorum rex cum captus eſſet à Cyro rege Perſarum conſpiciens exercitum victorem huc & illuc per urbem diſcurrere, percontatus eſt Cyrum quidnam illius milites tanto tumultu agerent. Quid, inquit ille, aliud, niſi quod victores ſolent in victos. Diripiunt tuam civitatem. Ad quem Crœſus: Imo tua, rex, diripiunt, quandoquidem hic jam meum nihil eſt. Tam brevis oratio regis animũ veritate commovit, ut cœptam direptionem inhiberet, vetaretque quod ſublatum erat exportari. Epaminondas dux Thebanorum capitis poſtulatus eſt cum collegis, quod imperium Bœotiæ quatuor menſes cõtra legem tenuiſſet. Atque illis quidem ſuaſit, ut crimen in ipſum transferrent, quaſi coacti feciſſent. Ipſe autem apud judices paucis verbis cauſam abſolvit, negans ſeſe habere verba rebus meliora, tantum hoc ſibi videri æquum, ut ſi pronuntiarent
ipſum

ipſum eſſe necandum, crimen inſcriberent columnæ, quo cunctis Græcis notum eſſe poſſet, Thebanos ab Epaminonda fuiſſe coactos, Laconicam 10 antea annis intactam depopulari, Meſenem, ccxxx annis perpetuis ſeditionibus vexatam componere. Arcades item inter ſe diſſidentes in concordiam redigere, Græcis reſtituere libertatem. Nam hæc erant geſta per Epaminondam in imperio contra legis præſcriptum retento. Hæc brevis oratio tantum valuit, ut judices, ne ſuffragiis quidem collectis multo cum riſu ſurgerent ac diſcederent, videlicet rem vehementer impudentem eſſe judicantes agi de condemnando eo, qui ſic eſſet de ſuis bene meritus. De Scipione Majore referunt quiddam non diſſimile: cum enim Petilius & Q. tribuni plebis eum apud populum detuliſſent reum, multiſque & gravibus criminibus onerarent: Hic dies eſt Quirites, inquit, quo Carthaginenſes, & Hannibalem dejeci: coronatus in capitolium eo, rem divinam facturus:

Qui

Qui de me ſuffragia ferre volent, ferant. His dictis petebat capitolium: euntem totus populus conſecutus eſt, relictis accuſatoribus. Ita non dicendo cauſam dixit efficacius. Traditum eſt & illud ab his qui rhetorices præcepta reliquerunt, frequenter quæ nullis argumentis dilui poſſint brevi joco expediri. Objiciebatur Ciceroni quod accepta pecunia reum defenderet, eaque pecunia deſtinaſſet mercari domum. Is reſpondit: Agnoſcam crimen, ſi domum emero. Cũ eas ædes mercatus eſſet, & impingeretur manifeſta vanitas, eluſit joco: An neſcitis, inquiens, prudẽtis eſſe patrisfamilias, diſſimulare, ſi quid velit emere. Quorundam ea probitas eſt, ut vel ipſo aſpectu, ſoloque nutu moveant auditorem. Poſt Seianum unco tractum multi periclitabantur apud Tiberium Cæſarem. Cumque cæteri ſeſe variis argumentis ac technis excuſarent, Criſpinus ingenue faſſus eſt ſe faviſſe Sejano. Quid ni, inquit, faverem illi, cui videbam teipſum tantũ tribuere? Perſuaſit nuda brevi-

breviloquaque veritas, quod ægre perſuaſiſſet prolixa elaborataque oratio. Cum Themiſtocles apud populum Athenienſem diceret ſeſe habere præclarum conſilium, ſed quod tutum non eſſet efferri apud multitudinem, permiſit populus ut Ariſtidi diceret in aurem, & ejus unius judicio vel probaretur, vel rejiceretur. Erat autem de claſſe Græcorum exurenda. Id cum eſſet factum, Ariſtides ad populum: Nihil, inquit, audivi utilius conſilio Themiſtoclis, ſed eodem nihil injuſtius. Tanta verborum parſimonia reprobatum eſt, hominis in republica ſummi conſilium. Narrant & piratam quendam cum ad Alexandrum Magnum adductus, rogaretur qua fiducia fuiſſet auſus infeſtare mare: Ego, inquit, quoniam id parvo navigio facio, pirata vocor, tu cum idem facias numeroſa claſſe, rex appellaris. Pirata dicebat, Tyrannus audiebat, & tamen verbis tam paucis perſuaſit veritas. Magnus Pompejus deſtinarat omnes Mamertinos interficere, quod Marii partibus adhæſiſſent.

hæſiſſent. Hunc adiit *Sthenius* eius civitatis princeps ultro cõfitens quicquid factum eſſet, ipſius impulſu factum eſſe. Nam ego, inquit, & inimicis perſuaſi, & amicos coëgi ut Marii partibus accederent. Pompeius miratus hominis animum, qui civium ſalutem anteponeret ſuæ, & ipſum in amicitiam recepit, & Mamertinis in huius gratiam condonavit defectionis culpam. Si tantum valuit ſuccincta veritas apud hominem factioſum, quid non efficeret apud integros viros? Reperta eſt & in fœminis hæc animi præſentia. Etenim cum accuſaretur à fratre Teſtha Dionyſii tyranni ſoror, quæ Polyxeno nupſerat, quod conſcia fugæ mariti non eum prodidiſſet, ſimpliciter ac fortiter reſpondit expoſtulãti fratri: Num uſque adeo me putas omnium mulierum peſſimam & abjectiſſimam, ut ſi ſenſiſſem maritum hoc agere, non fuerim illi perpetua comes exilii futura? Hoc dicto non ſolum amputavit omnem conſcientiæ ſuſpicionẽ, verum etiam pudicæ probæque ma-

 tronæ

tronæ laudem abſtulit. Æmyl. Scaurus homo ſenex, multæque in repub. auctoritatis, apud populum Romanum à Vario quodam non ejuſdem exiſtimationis homine, proditionis accuſabatur. Is paucis cauſam abſolvit: Varius, inquit, Sucronenſis ait Æmylium Scaurum rempub. prodidiſſe: Æmylius Scaurus negat: utri creditis? Ad hanc vocem totius populi ſuffragiis atque etiam tribuni ſententia abſolutus eſt. Itidem Iphicrates dux egregius, cum apud populum Athenienſem proditionis reus perageretur, percontatus eſt Ariſtophontem accuſatorem, num ipſe proditurus fuiſſet rempub. ſi quis pecuniam dediſſet; cumque is ſe facturum negaſſet; quod igitur tu facturus non eras, ego feci? Tam brevis apologia reum abſolvit à crimine. Proinde Græcis ita viſum eſt Demoſthenem quidem fuiſſe ſummum oratorem, Phocionem autem ad dicendum efficaciſſimum, non ob aliud opinor, niſi quod Phocion pauciſſima quidẽ, ſed vera & ad rem pertinentia loqueretur,

retur, cum Demoſthenes multa ſimularet ad gratiam populi. Unde factum ut unum Phocionem metueret Demoſthenes, cum reliquos oratores facile contemneret. Cæterum ubi Phocion aſſurgeret dicturus, ſolitus eſt amicis in aurem dicere ἡ τῶν ἐμῶν λόγων κοπὶς παρέστιν, id eſt, mearum orationum ſecuris adeſt: videlicet efficacem ac vividam ejus breviloquentiam, facile diſſecantem arte cōtorta enthymemata, ſecurim appellans. Nec ſine cauſa vulgo dictum eſt, mendaces eſſe multiloquos, cum juxta tragici dictum ἁπλῶς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ. Sed exemplorum hujuſmodi tanta vis eſt apud ſcriptores, ut ſupervacaneum videatur ea velle perſequi. Hæc quæ diximus arbitror ſufficere ad declarandum, quam deceat magnos viros vel ſilentium, vel orationis brevitas, quantoque plus obtineat auctoritatis & gravitatis brevis & conciſa ſententia, quam loquacium immenſa garrulitas, etiam ſi nihil habeat vitii, præter immodicam dicendi copiam. Nunc is mor-

bus ingens malorum agmen ſecum adducit, inſatiabilem de rebus frivolis garriendi libidinem, de negotiis alienis, quæ nihil attinent, nec ad illum qui refert, nec ad eos qui audiunt, periculoſos linguæ lapſus quos vitare difficillimum eſt ſemper garrienti, futilitatem in efferendis arcanis, plerunque cum periculo dicentis, nonnunquam & illorum apud quos efferuntur, vanitatem, quæ fere comes eſt loquacitati, obtrectationem alienæ famæ, delationem ac ſycophantiam. Ad hæc enim mala paulatim proficit intemperantia linguæ, etiam ſi initio nihil aliud ſit, quam puerile garrulitatis vitium, & riſu quam odio dignius. Prima laus orationis eſt, ut apta ſit, habita rei, temporis, loci, ac perſonarum ratione. Hæc quomodo poteſt obſervare, qui tacere non poteſt? qui non judicio loquitur, ſed morbo fundit verba? Feſtivitas orationis, ac joci ſobrii tempeſtivique plurimum habent momenti, ad humanæ conſuetudinis iucunditatem, ac moderata dicendi liber-

Digitized by Google

libertas inter amicos plurimam habet gratiam: verum hæc non ſuo loco adhibita frequenter in grave diſcrimen pertrahit. Neque enim paſſim ludendum dicteriis, neque ubivis licet, τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφην σκάφην λέγειν. Bene ceſſit adoleſcenti, qui rogatus num mater ipſius ſolita ſit aliquando ventitare in aulam Cæſaream, nam adoleſcens oris lineamentis Octavium referebat: Mater (inquit) nunquam, ſed pater ſæpe. Hoc apud Auguſtum licuit, civili præditum ingenio ac feſtiviter argutéque dictis impenſe gaudentē. Apud Caligulam & Neronem non fuiſſet impune. Captus quidam cum ad Antiochum regem duceretur, qui ducebant hominem, jubebant eſſe bono animo, experturum enim regis clementiam, poſteaquam ad illius oculos veniſſet. At ille, nullam igitur, inquit, mihi ſpem ſalutis eſſe prædicatis, alludens ad regem luſcum. Is jocus per ſe lepidus, ſed intempeſtivus exitio fuit homini. Rex enim offenſus eo dicto, ſuſtulit eum in crucem.

Apud Adrianum Cæſarem peſſimam iniit gratiam ſcurra, qui venienti a-pio coronatus occurrit: cumq; juſſu Cæſaris ſubmoveretur à congreſſu, procul his verbis adulatus eſt: Totum feciſti, totum viciſti, nunc Deus eſto. Apud alium hæc adulatio tuliſſet præmium, apud Imperatorem ſuperſtitioſum erat ingrata. At garrulus mavult amicum perdere quam dictum: mavult pro re leviſſima, graviſſimas dare pœnas, quā non obſequi morbo ſuo. Cum Philippus Alexandri pater præſideret in auctione, unus ex his qui vendebantur exclamavit: Parce mihi Philippe, nam ſum tibi paternus amicus: Philippo reſpondente: unde nam, aut qui nam, ô homo? Dicam, inquit, ſi propius admittar. Admiſſus, clam dixit Philippo: dimitte pallium, nam illo modo parum decore ſedes. Rex tempeſtiva hominis admonitione delectatus, Hunc, inquit, volo eſſe liberum, nam me latebat eum mihi tam benevolum & amicum eſſe. Prudenter itaque monuit ſuum Calliſthenem

Ariſto-

Ariſtoteles, ad Alexandrum Magnum proficiſcentem, ut cum rege aut raro loqueretur, aut iucunda. Sed dum hic parum meminit huius admonitionis, ſibi calamitatem acceſſivit. Nec omnino muliebre fuit conſilium quod dedit Paryſatis Cyri & Artaxerxis mater, quæ monere ſolet, ut qui regem aditurus eſſet, cum libertate byſſinis verbis uteretur. Etenim ſi quando res ipſa poſcit, ut rex admoneatur, veritatis amaritudo, multa verborum dulcedine diluenda eſt. Quanquam hic non ſatis eſt ſpectare dignitatem aut ætatem hominis, verum etiam temporis ac loci habenda eſt ratio. Nec ipſi Platoni tanto philoſopho, feliciter ceſſit ſua libertas apud Dionyſium Siciliæ tyrannum, ac ne Dioni quidem, & tamen feliciter ceſſit anui, quæ cum frequenter interpellaret Philippum regem, uti cauſam ſuam cognoſceret, atque ille fatigatus reſpondiſſet ſibi non vacare: Ergo, inquit, nec rex eſſe velis. Philippus eo dicto tactus audivit cauſam. Simile

quiddam referunt de Adriano Cæſare, ſic multis prædito virtutibus, ut eas vitiis pene ſuperaverit. Diogenes ingreſſus caſtra Macedonũ, cũ eo adducto clamaret Philippus, κατάσκοπος, Rem, inquit, conjectas: Nam prorſus huc veni exploraturus num vere ſic deſipias, ut rumor eſt, qui cum poſſis tuo regno tranquille frui, malis Græcos laceſſendo etiam de ſalute tua periclitari. Verum non idem licuerit cuilibet, quod licuit Diogeni, nec temere reperias, qui Philippi moderationem, ac civilitatem referant. Imo ne mediocris quidem ſortis homines tutum eſt laceſſere dictis: Accidit enim non raro, ut fragili quærens illidere dentem, infringat ſolido, ac male dicens, peius audiat. Stultiſſimum autem eſt eos dictis & cavillis inceſſere, quibus in promptu eſt τῷ ξίφει ἀντιμυκτηρίσαι. Cum Polyxenus dialectices profeſſor, Dionyſio juniori dixiſſet ex more dialecticorum: Ego te redarguam, verbis quidem retulit ille: At ego rebus ipſis te refello. Ita Cleomenes Anaxandridæ

dridæ filius, Argivis ipſum ut perjurum & impium lacerantibus, Vobis quidem, inquit, in manu eſt male loqui: at mihi in manu eſt maleſacere. Cohibita eſt legibus veteris comœdiæ licentia, poſteaquam luſus exierat in rabiem, & Cynici vulgo pro canibus habiti ſunt, non ob aliud niſi quod recte quidem arguerent vitia mortalium, ſed abſque delectu perſonarum temporis ac loci. Porro ut non aliud hominum genus inviſius eſt his qui quibuſlibet de rebus percontantes obtūdunt aures omnium: ita multo magis omnibus inviſus eſt, qui linguam pro auribus habet perforatam, & cum omnium arcana curioſiſſime ſcrutetur, nihil tamen poteſt continere, etiam ſi capitis periculum immineat, non aliis ſolum, verum etiam ipſi qui nullo negotio tacere poterat, niſi morbo tam gravi teneretur. Eoque ſummum inter homines plauſum meruere, qui ſilentii fide præſtitere cæteris. Quod enim facinus celebrius, quam Papyrii prætextati, qui nec blanditiis, nec minis

matris adduci potuit, ut effutiret quid eſſet agitatum in ſenatu. Cumque illa iam adornaret virgas, puer extemporali commento parentem eluſit. At illa fabulam protinus in vulgus efferens, ridiculos concitavit tumultus, ſuamque futilitatem denobilitavit. Pueri continentiæ honos habitus eſt. Conſimili de re non inamœnam fabulam refert Plutarchus in libello de nugacitate. Romæ compluribus diebus quiddam ſerium & arcanum agitabatur in ſenatu, de quo cum variaſſet hominum ſuſpicio, mulier quædam alias quidem proba & pudica, mulier tamen, cœpit maritum precibus ac blanditiis ſolicitare, ut arcanum impartiret tacituræ, ſilentii fidem lachrymis, iureiurando, diriſque imprecationibus pollicens. Addidit querimonias illas ſolennes quod maritus uxori fidem non haberet. Ibi Romanus quo mulierculæ ſtultitiam redargueret, ſimulat ſe victum uxoris precibus, decreveram, inquiens, tacere, ſed vincor. Audi igitur, ſed tacitura: Portentum

tentum horribile, quod à ſacerdotibus nunciatum eſt: Coturnix auream galeam in capite geſtans, lanceamque ferens, volare viſa eſt, & hac de re conſultat ſenatus, ambigentibus auguribus, utrum boni quippiam, an mali monſtrum hoc portendat. Tu vero cave ne cui dixeris. Hoc dicto, ibat in forum. At mulier, velut urgeret aborſus, nacta ex ancillis unam quæ prima occurrerat, cœpit ea præſente verberare pectus, vellere capillos, clamans obiter: Heu mi vir, heu patria, quid calamitatis imminet nobis? His rebus ancillam ultro provocans, ut quid eſſet mali percontaretur. Percontatur illa, hæc narravit ordine rem omnem, & addidit clauſulam ſolennem garrulis omnibus: Cave quiſquam ex te ſciat, ſed ſile. Mox ancilla dominæ ſimilis unam è conſervis nacta rem illi denarrat de coturnice. Illa viciſſim amatori ſuo, qui forte aderat communicat. Itaque brevi fabula ab aliis ad alios tranſiliens devenit in forum, tanta celeritate ut præveniret eum qui

commentus fuerat. Cum enim quidam notus illi factus eſſet obvius: Modone, inquit, è domo venis in forum? Modo admodum. Nihilne igitur audiſti? Nihil, ſed eſtne novæ rei quippiam? Conturnix, inquit, cum lancea galeaque aurea volare viſa eſt, atque hac de re ſenatus cogitur. Ille vero ridens: Euge, inquit, uxor mea, quam probe abs te curatum eſt, ut arcanum tibi creditum me præcurreret in forum. Mox igitur adit primores, & expoſita fabula civitatem ac ſenatum inani trepidatione liberat. Deinde domum reverſus expoſtulat cum uxore: Heus bona mulier, perdidiſti me: Senatus enim reſcivit arcanum hoc ex ædibus noſtris prodiſſe in vulgus. Itaque cogor incontinentis linguæ tuæ dare pœnas, & abire in exilium. Illa vero conturbata primum inficiari; mox, nonne hoc, inquit, cum trecentis audiſti? Quos mihi, inquit, trecentos narras inepta? Cum tu me defatigaſſes precibus & lachrymis, ut indicarem arcanum, ex tempore com-
mentus

mentus ſum quicquid tibi credidi, videlicet quo periculum facerē, quam eſſes linguæ continentis. Prudenter ille quidem, qui citra grande periculum ſumpſit experimentum uxoriæ fidei, non aliter quam qui nova vaſcula volentes explorare num qua perfluant, aquam infundunt, non vinum aut oleum, ne magno conſtet experientia. Eadem cautione ſi fuiſſet uſus Fulvius, non ſe pariter & uxorem conjeciſſet in exitium. Is erat Auguſto Cæſari familiaris. Quem cum audiſſet jam ſenio gravem, ob deſertam orbatamque domum ingemiſcentem, eo quod duobus nepotibus ſuis præmaturo funere elatis, ad hæc Poſthumo qui reſtabat per calumniam in exilium ejecto, uxoris filium imperii ſucceſſorem inſtituere cogeretur: ideoque pietate motus de nepote ab exilio revocando cogitaret, reverſus domum, quod audierat, uxori ſuæ retulit. Illa mox Liviæ. Livia graviter cum Cæſare expoſtulavit. Si iſta, inquit, jampridem verſabas in animo, quin nepotem revo-

revocas? Cur me in odium conjicis eorum qui in principatum ſucceſſuri ſunt? Poſtridie cum Fulvius harum rerum ignarus ex more veniſſet ad Cæſarem, eique dixiſſet χαῖρε, ille reſpondens, non retulit χαῖρε, ſed ὑγίαινε, id eſt, ſanus ſis, velut inſaniam exprobrans, non precans ſalutē. Quod ſalutandi genus quid ſibi vellet, cum non falleret Fulvium, recta ſe domū recipit, & uxori: Senſit, inquit, Cæſar arcanum, cuius me ſciebat eſſe conſcium per me tacitum non eſſe. Proinde decretum eſt, mihi ipſi mortem conſciſcere. Tum mulier, & merito quidem inquit, qui mulieris tot jam annis tecum viventis incontinentiam aut non noris: aut ſi noras, non caveris. Sed age quanquam tu culpæ fueris auctor, ego tamen in exemplo moriendi dux ero: ſimulque arrepto enſe ſeipſam confodit. Graves pœnas dedit Fulvius neglecti proverbii quod monet, Nec ſinui, nec mulieri credendum eſſe, celebriſque ſententiæ: Quod tacitum velis, nemini dixeris. Atque adeo ſi prover-

biis credimus, mulieri ne mortuæ quidem fidendum eſt. Utinam autem à mulieribus tantum eſſet periculum. Nuſquam non eſt tempeſtivum illud Epicharmi, νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν, tametſi fœmineum genus magis laborat huius mali infamia. Cato ſenior dicere conſuevit inter amicos, ſe trium duntaxat rerum per omnes vitæ gradus pœnitentiam agere: Primum ſi quid arcani credidiſſet mulieri. Secundum, ſi quo pedeſtri itinere proficiſci licuiſſet, eo navigio perveniſſet: Tertium; ſi quem diem per incuriam abſque fructu paſſus fuiſſet elabi. Felix quidem Cato: cum nunc pleroſq; diſcruciet pœnitentia, quod arctiſſimis etiam amicis auſi ſint aliquid arcanæ rei committere, parumque meminerint quod prudenter admonet Chilo: Sic habe amicum, tanquam aliquando futurum inimicum. Non probat hanc ſententiam Cicero, verum huic tutum non fuit vel fratri credidiſſe. Sunt enim amici, quibus etſi non adſit perfidia, tamen deeſt prudentia, aut animi conſtan-

tia, & ſuperat animi propoſitum naturæ vitium, qualis inducitur in Hecyra Terentiana Parmeno ſervus alioqui non malus, niſi quod cum averet omnia ſcire, non poterat continere quod reſcierat, cumque negaret ſe prolaturum quod rogabatur audit à puella: Ah noli Parmeno, quaſi tu nõ multo malis narrare hoc mihi, quam ego quæ percontor ſcire. Et agnoſcit quidẽ ille morbum ſuum. Nihilo ſecius tamen ſtipulatur ſilentium, ſi mihi fidem das te tacituram. Nullus autẽ eſt mortalium tam continentis linguæ aut animi tam circumſpecti, quin habeat vel unum cui tantum auſit credere, quantum ipſi creditum eſt. Rurſus hic alterum habet, hic rurſus alium, itaque ſimul atque diceſſum eſt ab unione, cito res ad plurimos propagatur. Simplex enim eſt & ſingulare quicquid unum eſt, nec excedit terminos ſuos, unde & μονὰς dicitur. Verum δυὰς initium eſt infinitæ differentiæ. Mox ut unum uno conduplicaveris, ſequitur infinita numeroſitas: Ita ſecretũ quamdiu

diu permanet apud unum qui primus & ſolus novit, revera ſecretum eſt: ubi ſe ſemel in alterum propagarit, in rumorem vertitur. Neque enim in tua jam manu eſt revocare quod emiſſum eſt, aut cohibere quod aliunde alio tranſvolat ſuo arbitratu. Proinde Homerus ſubinde verba dicit πτερόεντα, hoc eſt pennata, ſive volucria. Habet & ſagitta pennas ſuas, eam qui tenet cohibere poteſt: qui ſemel miſit, revocare non poteſt, quo minus celeres commovens alas, huc & illuc circumvolet. Atqui telum emiſſum, non ſeſe propagat, ſed ut maxime ſit nocuum, unum aut alterum interimit: At ſermo ſemel emiſſus cum reticendus erat, totas ſæpe regiones in extremas calamitates inducit: & avis emiſſa ſic vagatur, ut una maneat, ſermo pullulat ac multiplicatur & increſcit, vireſque acquirit eundo, quemadmodum ait Maro. Navis quæ ſemel portum egreſſa pelago ſe credidit, jactis ancoris, utcunque cohibetur, & patet in portum reditus: Cæterum nihil eſt quo ſermo-

ſermonem alteri creditum vel coërceas, vel revoces unde prodiit. Rurſum telum emiſſum non recidit in mittentē, ſed aliis potius adfert exitium. Verbum emiſſum, nulli certius exitium affert, quam ei, unde fuerat emiſſum. Hæc ita cum habeant, qua fronte de ſilentii fide cum aliis expoſtulat, qui ſibi ſilentii fidem non ſervavit? An non huic expoſtulatori merito dicetur: Quid me incuſas impudens? Si quod credidiſti efferri non oportuit, cur mihi communicabas? An putabas alium tibi magis fidum futurum, quam ipſe fueris tibi? Ego ſi quid peccavi, tuo exemplo peccavi. Quid ſtultius, quam ubi tuam ipſe fidem proſtitueris, ad alienam confugere? Sed dices, apud amicum depoſui arcanum. At ſciebas & illi amico, eſſe amicos. Et primū ipſe tibi debebas amicum præſtare. Si tui ſimilis eſt, cui credis arcanum, merito periclitaris: Sin melior, hoc eſt ſi continet quod creditum eſt, felicior es quam promereris, quippe qui repereris aliquem tibi fideliorem,

quam

quam ſis ipſe tibi. Ne debet quidem fidem ſilentii, cui tu morbo non judicio credis arcanum. Ut enim juxta ſententiam Epicharmi: Nulla debetur gratia prodigo, qui largitur non ex benignitate, ſed animi morbo: ita non debetur ſilentii fides, ei qui primus ſilentii fœdus violavit. Ante complures annos cœnabam cum viro prudenti juxta ac docto, qui tum apud noſtros regis ſui nomine legatum agebat. Intervenit quidam Dominicanus, qui Romani pontificis negotia procurabat. Expetiit arcanum colloquium. Seceſſum eſt. Dominicanus ajebat arcanum eſſe quod vellet communicare, non communicaturus tamen, niſi juraret ſe taciturum. Alter negabat ſe juraturum in re, cuius ipſe cognoſcendæ deſiderio non teneretur. Si mihi, inquit, diffidis, ne communica: ſin fidis, quid opus eſt jureiurando? Quod etiamſi interceſſiſſet, & referret principem meum ſcire quod credidiſſes, non celarem. Neque enim juſiurandum hoc animo ſuſcipitur à bonis viris, ut

dum

dum alteri fidem ſervat, principi ſuo fidem violet, cui ego, inquit, non ſimplici nomine fidem debeo: Primum ut civis, deinde ut legatus. Si tale fuerit ut citra impietatem & crimen violati officii ſileri queat, polliceor ſilentium, non juro: neque enim ſoleo jurare temere, & is ſum qui ſilere poſſim: Sin ſecus, ſerva tibi myſterium. Hac oratione victus ille communicavit nugamentum, quod nec ad principem, nec ad legatum quicquam attinebat. Quin & mihi non raro venit uſu, ut ab eo qui commiſerat arcanum ſerio multumque monitus, rogatus, obſecratus, adjuratus, ne cui dicerem, præſertim tali, mox idem à compluribus audierim; & ab his ipſis quibus nominatim veritus eram communicare. Ego admirans unde reſciſcerent, fingebam me non credere, rogabamq; quis iſtius fabulæ fuiſſet auctor. Affirmabant ac fidem etiam faciebant, ſeſe ab eodem accepiſſe, qui mihi crediderat. Atque hæc quidem futilitas, in rebus non magni momenti, ridetur. Sed

tamen hic guſtus nos debet admonere, ne quid cui credamus, quod cum exitio noſtro proferretur. Etenim quem morbus hic habet, etiam maiore tuo periculo peccaret, ſi detur occaſio. Eſt quidem utrunque vitio datum. Nam omnino nulli fidere tyrannicum eſt: quibuſlibet credere, ſtultitiæ & levitatis, ſed præſtat ut diximus in latus deflectere, ubi & minus eſt periculi, & ſarciendi quod peccatum ſit, facultas reliqua eſt. Certe qui ſibi conſcii ſunt, quod affines ſint huic morbo, à conſiliis publicis, & à principum negotiis ac familiaritatibus abſtinere debent, ne non ſuo tantum ſed multorum exitio peccent, ſi minus contineant, quod reticendum erat, atque illis uſu veniat quod ſolet viperis, quæ & ipſæ feruntur in partu perire, dum à fœtu diſrumpuntur, & aliis nocituras beſtias effundunt: aut quod evenire ſolet auribus tenenti lupum, aut pueris gremio geſtantibus ſerpẽtes, quos dum continere non poſſunt, & pereunt ipſi, & alios in periculum vocant

cant qui cum ipſis verſantur. Hieron qui poſt Gelonem Syracuſis tyrannidem geſſit, negabat eos ſibi moleſtos eſſe, qui liberius apud ipſum loquerentur, ſed qui ſermonem arcanum apud ſe efferrent: ab his dicebat etiam illos lædi, quibus arcana proderent aliorum, propterea quod non ſolum odimus eos qui ſecretum quod tacitum volebamus efferunt, verum etiam illos qui quæ nolimus audierint. Itaque judicabat ſibi plus odii conflari apud cives, per eos qui deferrent clanculum aliena ſecreta, quam ipſum liberioribus dictis inceſſerent. Sed majore periculo à potentibus accipimus arcanum, quam ad illos deferimus. Lyſimachus rex adamavit ingenium Philippidis comici poëtæ, eumque inter familiares ſuos habitum omni benevolentiæ genere proſequebatur. Huic cum aliquando dixiſſet rex: Quid rerum mearum tibi impartiam Philippides? ſcite reſpondit, quidvis, inquiens, ô rex, modo ne quid arcani. Quin & in bellis ut plurimum habet ad victoriam momenti

menti taciturnitas, ita frequenter ingentes adfert calamitates incontinentia linguæ. Laudatur à doctis vox illa Cecilii Metelli, quem cum quidam è tribunis militum junioribus interrogaſſet, quid acturus eſſet, graviter reſpondit: Si ſcirem hanc veſtem eſſe conſciam mei conſilii, protinus exuerem & in ignem conjicerem. Antigonus rex, cui cognomentum fuit Magno, ſciſcitãti filio, quando conflicturus eſſe: Quid? inquit, num metuis, ne ſolus tubæ ſignum non audias? Fortaſſe poterat tuto vocem credere cui crediturus erat regnum, vel juvenem volebat erudire quantopere deceat imperatorem taciturnitas. Eumenes etiam fucum addidit ſilentio: etenim cum illi clam indicatum eſſet, Craterum adverſus ipſum cum acie venire, nulli ſuorum rem indicavit, ſed finxit Neoptolemum advenire. Nam hunc ut ignavum ducem milites contemnebant. Crateri vero virtutem & auctoritatem ſuſpiciebant. Itaque milites commiſſo prælio non prius intellexerunt

Crate-

Craterum fuiſſe ducem, quam illum inſcientes occiderant. Tantam victoriam peperit ſilentium ducis. Eumenis autem calliditas miraculo fuit omnibus, ſiquidem ipſa res perſuaſit, nequis illi ob eum fucum ſuccenſeret. Et ſi quis indignaturus erat, præſtabat ut cautum ac nemini fidentem reprehendi, parta victoria, quam accepta clade, merito vituperari ob incontinentiam ſecreti. Nullum militum genus, bello minus idoneum eſt, quam loquaces. Aut enim intempeſtivis conviciis, & ante victoriam (ut ajunt) actis encomiis hoſtem irritant, aut proditis conſiliis præmonent hoſtem ut ſibi caveat, & officio juvant dum ſtudent lædere. Itaque fit, ut imprudentes aut obſtent victoriæ, aut eam reddant magis cruentam. Agathocles ex figuli filio rex Siciliæ factus eſt, quod ipſe quidem in tantum non inficiabatur, ut in cōviviis aureis, gemmatiſque poculis, fictilia quædam ſoleat admiſcere, hoc argumento juvenes ad virtutem extimulans: Ego, inquit, qui prius talia finge-

fingebam, oſtenſis fictilibus, nunc ob vigilantiam ac fortitudinem talia facio. Is cum urbem Syracuſas obſideret, quidam è muris convitia in eum jaculabantur: Figule, quando ſolves ſtipendium militibus tuis? Ille ſubridens, cum iſtam, inquit, cepero. Huiuſmodi voces quid aliud, quam hoſtem accendebant ad rem acrius gerendam? Et Agathocles quidem moderate tulit eam petulantiam, contentus dictum dicto retaliaſſe. Cum enim urbe capta venderentur, qui jaculati fuerant è muris convitia, Si me rurſus, inquit, laceſſieritis conviciis, conquerar apud dominos veſtros. Verum ea petulantia Neronem, aut Hannibalem animaſſet ad totius urbis internecionem. Id quod propemodum accidit civitati Athenarum, cui cum alioqui non eſſet admodum infenſus Sylla, tamen ineptis conviciis quæ dicaces quidam è muris in ipſum jaculabantur, ſic exacerbatus eſt, ut minimum abfuerit, quin florentiſſimam totius Græciæ civitatem funditus deleret. Proinde

 merito

merito laudatus eſt Memnon dux, qui Darium juvit adverſus Alexandrum, quod quendam è mercenariis militibus, dira convitia jaculantem in Alexandrum lancea percuſſerit: Ego, inquiens, in hoc alo te ut pugnes adverſus Alexandrum, non ut maledicas. Quemadmodum apud Plautum audit coquus loquacior, manus tua huc conducta eſt, non lingua. Multiſque conviriis proſciſſi ſunt, qui lingua belligerantur. Audit apud Vergilium Drances: An tibi Mavors ventoſâ in lingua pedibuſque fugacibus iſtis ſemper erit? Et apud eundem audiunt procaces Rutili, Bis capti Phryges, hæc Rutilis reſponſa remittunt. Nam ignominia plerunque potentius habet calcar, quam collaudatio. Epamonidas vir alioqui miti ingenio Cteſippum Chabriæ quem unice dilexerat filium, ob amici defuncti memoriam moderatiſſime tulit, tametſi multum degenerantem à paternis moribus. Semel duntaxat ejus lenitas adoleſcentis importuna loquacitate ſuperata eſt. Cum enim hunc

hunc in expeditione quadam occupatum adoleſcens ineptis ſermonibus obtunderet, percontans, conſulens, quædam etiam corrigens, ac veluti collegam ducis agens, tandem offenſus ait: O Chabria, Chabria, ego tibi pro noſtra amicicia ingens perſolvo præmium, qui filium tuum ſuſtineam. Adeo vir egregius, qui juvenis ſtultitiam ac luxum alibi patientiſſime tulerat, loquacitatem in bello ferre non potuit, vel hoc ipſo præſagiens inutilem futurum rebus gerendis, quod ibi linguam moveret, ubi manibus potius & auribus erat utendum. Similis militum loquacitas ſtomachum movit laudatiſſimo duci, cui cum milites obſtreperent, aliis aliud conſilium adferētibus: multos, inquit, hic imperatores video, ſed paucos milites. Videbat in pugna futuros ignavos, qui tam ſtrenuos ſeſe præbebant in cōſultatione. Haud lubens digredior à Phocione. Polyeuctus prolixam orationem habebat apud populum Athenienſem de bello ſuſcipiendo adverſus Philippū. Hunc

cum Phocion videret, inter orandum ſudantem & anhelum identidem ſorbillare aquam ad refocillandos deficientes ſpiritus, erat enim æſtas media, & is qui dicebat obeſo corpore, Par eſt vero, inquit, Athenienſes ut huic bellum ſuadenti fidem habeamus? Quid enim hic faceret in prælio thorace & galea onuſtus, cum loquens tantum de bello ſic laboret, ut periclitetur ne exhalet animam? Præclarum eſt, quod de Scipione minore narrant hiſtorici. Cum enim juvenis quidam eo tempore, quo Carthago oppugnabatur, placentam in ſimilitudinem urbis compoſitam, cui nomen indiderat Carthago, propoſuiſſet convivis diripiendam, veluti ſymbolo præludens urbis excidium, dux illum equo mulctavit, & roganti cauſam ob quam equo ſpoliaretur: Quoniam, inquit, me prior Carthaginem diripuiſti. Nunc pene ſolenne eſt ſi quando principes inter ſe belligerantur, invicem illos exaſperare delationibus, picturis, titulis, & actiunculis veteris comœdiæ licentiam

centiam referentibus. Vidimus atrox bellum inter Iulium pontificem ejus nominis ſecundum, & inter Lodovicum Galliæ regem, eius nominis duodecimum. Nec alia re magis alter in alterum ſic exarſit, quam utrinq; delatis aliquot voculis liberius effuſis. Rex enim, ut erat militari libertate, dixit illum ebrioſum, id quod nemo Romæ neſciebat eſſe verum. Pontifex irritatus reſpondit, ſe tũ fuiſſe ebrium, cum Gallos vocaret in Italiam, velle rurſus inebriari ſemel, & omnes propellere ex Italia, deinde fore ſobrium. Hujuſmodi dictis ſic utrinque irritati ſunt animi, ut totus orbis duorum ſenum diſſidio concuteretur. Iiſdem fere temporibus, cum Henricus Anglorum rex eius nominis octavus Romani pontificis patrocinium ſuſcepiſſet adverſus Gallos, apud Pariſios actæ ex more comœdiæ, maiorem in modum provocarunt Anglorum animos ad maturandum bellum, & odium vetus quod tempore factum erat mitius, renovarunt. Neque ſatis feliciter ceſſit Ner-

viis, quos hodie Tornacos vocant, quod dicaces quidam in Cæſarem Maximilianum prætereuntem ſcommatum neſcio quid torſerint. Agebamus id temporis in Anglia, cum Italus quidam homo mire dextri ingenii ſed parum felix eo legatus veniret Iulii nomine, quo regem ad bellum in Gallos accenderet. Is poſteaquam in concilio peroraſſet ex more, eique regis nomine reſponſum eſſet: regis quidem animum vehementer propenſum eſſe ad propugnationem dignitatis pontificiæ, cæterum Britanniæ regnũ jam diuturna pace deſueviſſe bello, & rem fore cum rege potentiſſimo, itaque non poſſe repente fieri quod peteretur, ſed opus eſſe temporis ſpatio ad tanti belli apparatum: ille magis incaute quam ſcelerate, cum nihil eſſet neceſſe quicquam addere, ſubjecit ſeſe eadem prædicaſſe Iulio. Ea vox excepta mox ſuſpicionẽ injecit magnatibus, quod pontificis oratorem profeſſus, nonnihil faveret Gallo. Deinde cum obſervatus, deprehenderetur cum oratore

deprehenderetur

tore Gallorum nocturnis horis miſcere colloquium, abductus eſt in carcerem, omnibuſque fortunis exutus eſt, ne vita quidem incolumi, ſi veniſſet in manus Iulii. Atque hic linguæ lapſus effecit, ut rex qui forte prorogando negotio diſſidium compoſiturus erat, bellum acceleraret. Inter omnia facinorum genera nullum habetur ſceleratius aut inviſius, quam proditio. Et tamen hæc multis cum infamia, multam felicitatem peperit. Euthycrates enim ex Macedonicis trabibus, inſignem erexit domum. Philocrates magnam auri vim accepit, quam male partam, peius luxu perdidit. Euphorbo & Philagro per quos prodita eſt Eretria, rex agros conceſſit, aliiſque quam plurimis, ſi non bonam famam, certe bonas divitias conciliavit proditio. Garrulus idem facit, nulla gratia, nulloque præmio, loquacitate ſua præmonet hoſtem allicitque, prodit patriam, liberos, uxorem, ac ſeipſum, denique nihilo minus interim inviſus hoſtibus quam ſuis, pro-

pterea quod non conſilio facit quod facit, ſed morbo. Etenim qui judicio ducitur ad perpetrandum facinus, obiectis commodis, aut oſtentatis periculis, vel avocari poteſt ab inſtituto, vel retineri poſſit in officio. De garrulo nihil eſt quod tibi pollicearis, cur illi quiſpiam debeat fidere. Atque Aiaci quidem intemperantius maledico, non indignatur apud Homerum Neſtor, quod linguæ vitium bene gerendæ rei ſtrenuitate penſaret. At naturæ vitio loquax & aliorum virtuti obſtat, & ipſe uſque adeo non præſtat virtute, ut nemo ſit minus ad omnem honeſtam functionem idoneus. Proinde poëtarum princeps Homerus quos ut egregios viros proponit, eoſdem facit & ſilentii tenaces. Ulyſſes tot modis provocatus, conſtanter tamē diſſimulat quis eſſet. Quin & ipſe aſſidens uxori, nec diu deſideratæ conſpectu, nec illius lachrymis commovetur, ut ante tempus aperiat quis ſit. Verum

Θυμῷ μὲ γοόωσαν ἑὴν ἐλέαιρε γυναῖκα
Ὀφθαλμοὶ δ' ὡσεὶ κέρα ἕστασαν, ἠὲ σίδηρος

Ἀ'πρ ἴμας ἐν βλεφάρεσιν.

Talem inducit & Telemachum filium, & Penelopen, ac denique nutricem anum, cujus garrulitatem vel ſexus, vel ætas excuſare poterat, ait enim:

Ἕξω δ᾽ ὥς ὅτε τις στερεὴ λίθος ἠὲ σίδηρος.

Quin in mediis erroribus Ulyſſes ferè diſſimulat quis eſſet. Et apud Cyclopem ὄυτιν ſe fingit eſſe, & ignota ſpecie obviæ Palladi ficto commento diſſimulat quis ſit. Eandem ſilentii conſtantiam poëta tribuit & ſociis ejus, qui vivi devorari maluerunt, quam quicquam eorum effutire, quæ ſilenda erant. Nec alium inducit Æneam Virgilius,

Spem vultu ſimulat, premit altum
corde dolorem.

Iam cum res cominus gerenda ferro eſt, apud Homerum Barbari magno clamore ruunt ad prælia: Græci taciti vim ſpirantes expectant hoſtem. Si quid diſcriminis eſt, tutiores ac formidabiliores nos hoſti reddit ſilentium. Et ſi quid lætæ rei obtigit, actantia Nemeſin provocat, ſilen-

tium ſervat, augetque quod partum eſt. Quin & in Cupidinis militia, ſi Naſoni credimus,

Qui ſilet eſt firmus, qui dicit multa puellis
Probra, ſatisfieri poſtulat ille ſibi.

Socrates in bello oculos undique circumferebat & inconniventer habebat intentos, linguam habebat aſtrictam. In conviviis diſputabat, ubi nihil erat periculi. Sive captatur occaſio componendæ diſcordiæ, ſilentium præſtat, ut id fiat facilius, videlicet, non exacerbatis odiis loquacitate. Sin decretum eſt hoſtem perdere, garrulitas præmonet hoſtem, ut ſibi caveat, nec ſinit inſidias latere. Quin & hodie vulgus hominum cum audit duos inter ſe magnis clamoribus debacchantes, ajunt rem abeſſe à periculo fundendi ſanguinis. Nimirum illud perſuaſum habet ſenſus communis bellaces non eſſe, qui ſunt loquaces. Anſeres laborant infamia garrulitatis, ac Maroni dicuntur obſtrepere. Et tamen hi quoties è Cilicia demigrantes Taurum montem,

aquilis

aquilis differtum tranſmiſſuri ſunt, guttur obturant hauſta arena, ore lapidem geſtant, atque ita ſilentes noctu tranſmittunt, ubi montis medium ſuperarunt dejiciunt lapidem, ubi jam in tuto ſunt, etiam arenam è gutture reddunt. Quanquam hæc quæ Plinius narrat de gruibus, Plutarchus ad anſeres transfert, certe grues hyemis advenæ ſunt, quemadmodum æſtatis ciconiæ. Proinde turpe fuerit, grues aut anſeres, qui utrique neſcio quamobrem laborant infamia ſtultitiæ, hi apud Britannos, illæ apud Gallos, plus ſapere quam homines. Qui ſponſam ambiunt, citius ea potiuntur, ſi norint ſilere. Qui formoſam habent ſponſam, tutius habent ſi ſileant. Nam tacitus paſci ſi poſſit corvus, haberet plus dapis, & rixæ multo minus invidiæque. Antalcidas Lacedæmoniorum dux, cum Samothrace ſacris initiaretur, admonitus eſt à ſacerdote, ut ex more ſibi confiteretur, quod in vita ſceleratiſſimum perpetraſſet. Nam apparet hoc commentos impios

illos ſacrificos, quo magis haberent obnoxios, quos ad ſua flagitioſa myſteria admiſiſſent, ne facile reſilirent à cœptis, & offenſi turpitudine flagitiorum, efferrent in vulgus arcana. Quid opus, inquit? Nam ſi quid tale mihi perpetratũ eſt, ipſi dii ſciunt. Quanquam hanc hiſtoriam quidam ad Lyſandrum referunt, qui cum in Samothrace conſuleret oraculum, ac ſacerdos ceu religionis cauſa, juberet ipſum dicere, quid in vita teterrimum geſſiſſet: Utrum, inquit, tuo an deorum juſſu id fateri oportet? cum ille reſpondiſſet deorum: Tu igitur, inquit, hinc abſcede, & illis ſi percontentur dicam. Adeo ne ſuperſtitio quidem qua tenebatur prudenti viro perſuadere potuit, ut deorum interpreti committeret quicquam arcani. Hinc apparet & apud priſcos ethnicos occultorum criminum confeſſionem fuiſſe religionis partem, & fortaſſis inde fluxit, quod hodie Franciſcani, ſi quem ad inſtituti ſui myſteria recipiunt, exigunt totæ univerſius anteactæ vitæ retectionem. Veteres

teres illi compendium quærentes, exiſtimabant unius omnium graviſſimi criminis conſcientiam ſatis eſſe ad reddendos obnoxios quos initiabant impuris myſteriis. Fortaſſis inter virtutis exempla referri non poteſt, ſed tamen ad ſilentii commendationem cum primis accommodum eſt, quod de Lacone puero quodam prodiderunt. Is vivam vulpeculam, quam ſodales furati fuerant, nam id certis diebus permittebatur pubi Laconicæ, ſub veſte celabat. Ea ſæviens cum pueri latus uſque ad inteſtina laceraret, perpeſſus eſt, donec abiſſent, qui vulpeculam quærebant Cum autem pueri dicerent ſatius fuiſſe vulpeculam prodere, quam ipſum ſic lacerari: Imo præſtat, inquit, cruciatibus immori, quam furtum prodere per ignaviam ac mortis metum. Quid hic dicent viri graves, ac dignitate præditi, qui cum famæ vitæque ſuæ periculo effutiunt, quicquid concreditum eſt? Apud Lacedæmonios ex inſtitutione Lycurgi mos erat, ut natu maximus aſtans pro foribus cuique

que ingredientium ad publica convivia diceret, commonſtrato oſtio, per hanc, inquit, januam nullum egreditur verbum. Et Horatius idem refert inter léges convivii:

Ne fidos, inquit, *inter amicos*
Sit, qui dicta foras eliminet.

Nec infeſtiviter Martialis odiſſe ſe dicit memorem compotorem. An feliciter ceſſerit audax facinus Gygi neſcio, qui crudeli flagitio ſibi paravit regnum. Certe Caudaulem regē, & principatu & vita privavit, linguæ futilis incontinentia, qui apud ſatellitem effutierit uxoris pulchritudinem, ſi quid Herodoto credimus. Lacedæmonii non ferebant uxores ab hoſpitibus laudari, quod oporteret illas ſolis maritis eſſe notas. Multo minus decet maritos apud alios jactare formam conjugum ſuarum. Sed his quoque faciunt indecentius, qui quicquid in thalamo, quicquid in lecto cum uxore nugantur, deprædicant in conviviis & in colloquiis apud quoſlibet. Si turpe eſt efferre quod inter pocula dictum eſt, quanto turpius

turpius eſt ea non continere, quorum oportebat ſolum cubile torumque conſcium eſſe? Quidam dum faceti volunt eſſe, in ſcurrilitatis vitium incidunt. Quid autem turpius, quam monachus, aut epiſcopus ſcurra? Atque utinam pauciores eſſent iſtiuſmodi. Talibus non arbitror tuto committi confeſſionum arcana: Nam qui tacebit aliena mala, cum quiſquis hoc morbo tenetur, ne ſua quidem reticere poſſit? Aut quî conſulet alieno periculo, qui ſeipſum mavult in periculum conjicere, quam tacere? Interim in mentem veniunt ſycophantæ, de quibus mox dicam. Horum aliquis calumniabitur mihi non probari confeſſionem. Non damno confeſſionem ſyncophanta, ſed hæc admoneo, ne quem pœniteat approbatæ confeſſionis, niſi forte medicinam damnat, qui periclitanti conſulit, ne ſe malo credat medico? Et quoniam medici incidit mentio, referam obiter & illud, quod Hippocrates jureiurando profundum ſilentium exigit à medicis: Adeo ne

medi-

medicus quidem bonus eſſe poſſit, qui linguam habet incontinentem. Et tamen hic ſi proferat morbum, tantum pudefacit laborantem. Sacerdos ſi effutiat, etiam in capitis diſcrimen adducit multos. Multi levius eſſe ducunt ægrotare, quam medicum perpeti impendio loquacem. Sunt enim quidam quos nemo libenter adhibet convivio, quod nimirum & intempeſtiviter medici ſint, nihil habentes in ore, niſi paralyſes, apoplexias, epilepſias, totamque rationem anatomiæ inter pocula diſſerunt, lautiſſimum etiam convivium vertentes in nauſeam. Quanta ſolicitudine ſapiens Hebræus monet: ne regibus detur vinum: Noli regibus ô Lemuel, noli regibus dare vinum. Quid periculi, ſi bibant? Quia nullum, inquit, ſecretum ubi regnat ebrietas. Ergo ne regno quidem gerendo idoneus eſt. qui ſecretum continere non poteſt. Herodes inter pocula donavit ſaltatriculæ caput Ioannis Baptiſtæ. Temere juravit lingua jam effrenis vinolentia. Multi principes inter vina
voces

voces effundunt, quæ plurimis adferunt exitium. Plutarchus tradit apud Ægyptios nefas fuiſſe ſacerdotibus guſtare vinum. Nunc pleroſque videmus ebrios baptizare pueros, ebrios audire confeſſiones, nec tum quicquam minus peccare, quam cum obdormiſcentes non audiunt quid dicatur, niſi quod ſic quoque produnt interdum quod audierunt. Ante annos non ita multos accidit, quod dicam: Quidã confiteri exorſus apud huiuſmodi ſacerdotem, ubi ſenſit hominem altum dormire, ſurrexit atque abiit interrupto ſermone. Hoc digreſſo ſucceſſit alter. Cumque rurſus obdormiſſet, excitavit hominem confitens, Non, inquit, audis quæ dico? Ille ſomno delirus, exiſtimans eundem hunc eſſe, qui prius cœperat confiteri, Imo probe audio, inquit, dixeras, te effregiſſe ſcrinium vicini tui, perge cætera dicere. Hoc meminerat ex confeſſione prioris, velut inſigne, tametſi dormitans ac ſemiſomnis. At confeſſor ille incanduit, negans ſe unquam ſcriniorum fuiſſe perfoſ-

perfoſſorem. Hoc caſu qui ſucceſſit, reſcivit ſuperioris arcanum. Itaque diſceſſit uterque vinctus ac pudefactus ob unius temulentiam. Non ſine cauſa laudata eſt Publii mimographi ſententia: Cum abſente loquitur, cum ebrio qui litigat. Ac ſtultius facit, qui ebrio prodit arcana. Nec enim ſolum perdit operam, verum etiam & ſeipſum & alios adducit in periculũ. Siquidem male conjectat, qui credit ſacerdotem hic fore continentem, qui quotidie conſpicitur indulgere vino, & in colloquiis effutire, quæ ipſius quoque retulerat obticuiſſe. Dixerit aliquis, in nugalibus nugatur, in ſacris temperans eſt. Hoc alius credat ſuo periculo, tu ne credideris. Ac recte quidem inſtitutum eſt à majoribus, ne quis niſi jeiunus peragat ſynaxin: ſed videtur majus operæ pretium futurum, ſi cautum fuiſſet, ne quis niſi jeiunus doceat euangelium, aut confitentem audiat. Quos habet epilepſię morbus, non cadunt ubi volunt, ſed ubicunque morbus eos corripuerit, etiam
ſi ſtent

ſi ſtent in præcipitio: Ita quos habet hic linguæ morbus, æque labuntur in maximis atque in minimis, ſi inciderit paroxyſmus, qui quamvis levi de cauſa provocatur in talibus. Quinetiam in capitali cauſa ſoricum exemplo produnt ſeipſos, ſibiq; nulla compulſi neceſſitate perniciem accerſunt. Quod enim accidit Ibyci poëtæ interfectoribus, etiam proverbio celebratum eſt. Is dum occideretur in ſolitudine, grues forte ſupervolantes teſtatus eſt, poſt multum temporis cum ſederent in theatro qui facinus hoc perpetrarant, & forte grues ſupervolarent, in riſum ſoluti, inter ſe ſuſurros miſcuerunt, dicentes: Ecce grues Ibyci ultrices. Ea vox excepta eſt à proxime aſſidentibus, & Ibycus longo jam tempore deſiderabatur. Itaque ſuborta ſuſpicione ad magiſtratus delatum eſt. Conjecti ſunt in vincula, moxque non gruum indicio, ſed propriæ linguæ petulantia proditi, dedere pœnas. Veteres dicebant eos qui patraſſent homicidiũ, aut aliud impium facinus, à diris ultrici-

ultricibus agitari. At iſtis linguæ incontinentia furiarum vicefuit. Quod dicam accidit apud Anglos Londini, in ædibus in quibus tum agebam. Fur quidam per tegulas irrepſerat in ædes venandi gratia. Nec ſucceſſit venatus: prodidit hominem ſtrepitus, ortus eſt tumultus, etiam vicinis concurrentibus. Ille videns tumultum, miſcuit ſe turbæ, velut unus è numero veſtigantium furem, atque ita fefellit. Cum putarent furem elapſum, deſitum eſt quærere. Fur quoniam fruſtra tentaverat elabi per feneſtras vicinis atcentibus, decrevit exire per oſtium, credens futurum ut illic falleret, quemadmodũ fefellerat in venatu. Et fefelliſſet, niſi tam parum continentem habuiſſet linguam, quam habebat manus parum abſtinentes. Offendit pro foribus complures de fure confabulantes. Et hic male precatus eſt furi, cuius gratia perdidiſſet pileum. Exciderat autem fugitanti pileum, quod exceptum eſt in hoc, ut eius indicio fur poſſet aliquando deprehendi. Ex ea voce nata
eſt

eſt ſuſpicio. Captus eſt: confeſſus eſt: & pependit. Huic non diſſimile eſt, quod refert Plutarchus. Erat apud Lacedæmonios delubrum Palladis æreum, unde & cognomen additum Chalcœco. Id ſacrilegi quidam ſpoliarant, & reperta eſt in medio templi lagena vacua. Facto igitur populi concurſu, plerique diſputabant, quid ſibi vellet ea lagena. Hic quidam ex aſtantibus: Si vultis, inquit, exponam, quid ego conjectem de lagena: Arbitror enim ſacrileges, cum hoc facinus adornarent aconitum bibiſſe (tametſi quod Plutarchus refert de aconito, cæteri ſcriptores tradunt eſſe peculiare cicutæ, cuius vis multo vino diluitur, nam aconitum arbitror eſſe immedicabile malum) atque hoc conſilio vinum detuliſſe ſecum, ut ſi rem perficerent & latere cõtingeret, mero epoto ac veneni vi diluta diſcederent incolumes: ſin minus, expedito genere mortis quod doloris ſenſu vacaret, effugerent quæſtionis tormenta. Hæc cum ita narraret, non quaſi divinans, ſed quaſi

ultricibus agitari. At iſtis linguæ incontinentia furiarum vice fuit. Quod dicam accidit apud Anglos Londini, in ædibus in quibus tum agebam. Fur quidam per tegulas irrepſerat in ædes venandi gratia. Nec ſucceſſit venatus: prodidit hominem ſtrepitus, ortus eſt tumultus, etiam vicinis concurrentibus. Ille videns tumultum, miſcuit ſe turbæ, velut unus è numero veſtigantium furem, atque ita fefellit. Cum putarent furem elapſum, deſitum eſt quærere. Fur quoniam fruſtra tentaverat elabi per feneſtras vicinis arcentibus, decrevit exire per oſtium, credens futurum ut illic falleret, quemadmodũ fefellerat in venatu. Et fefelliſſet, niſi tam parum continentem habuiſſet linguam, quam habebat manus parum abſtinentes. Offendit pro foribus complures de fure confabulantes. Et hic male precatus eſt furi, cuius gratia perdidiſſet pileum. Exciderat autem fugitanti pileum, quod exceptum eſt in hoc, ut eius indicio fur poſſet aliquando deprehendi. Ex ea voce nata

eſt

eſt ſuſpicio. Captus eſt: confeſſus eſt: & pependit. Huic non diſſimile eſt, quod refert Plutarchus. Erat apud Lacedæmonios delubrum Palladis æreum, unde & cognomen additum Chalcœco. Id ſacrilegi quidam ſpoliarant, & reperta eſt in medio templi lagena vacua. Facto igitur populi concurſu, plerique diſputabant, quid ſibi vellet ea lagena. Hic quidam ex aſtantibus: Si vultis, inquit, exponam, quid ego conjectem de lagena: Arbitror enim ſacrileges, cum hoc facinus adornarent aconitum bibiſſe (tametſi quod Plutarchus refert de aconito, cæteri ſcriptores tradunt eſſe peculiare cicutæ, cuius vis multo vino diluitur, nam aconitum arbitror eſſe immedicabile malum) atque hoc conſilio vinum detuliſſe ſecum, ut ſi rem perficerent & latere cõtingeret, mero epoto ac veneni vi diluta diſcederent incolumes: ſin minus, expedito genere mortis quod doloris ſenſu vacaret, effugerent quæſtionis tormenta. Hæc cum ita narraret, non quaſi divinans, ſed

quaſi

quaſi rem compertam haberet, alius aliunde cœpit appellare hominem: Heus tu quis es? Quis te novit in hac urbe? Unde iſta tam exacte ſcire potuiſti? Quid multis? deprehenſus eſt miſer, & ſacrilegium confeſſus eſt. Verum hanc linguæ incontinentiam aliquis fortaſſe tribuet ultori numini, nec admodum refragabor, modo conveniat inter nos numen hominis vitio voluiſſe ad ultionem abuti. In eo quod nunc referam, minus erat ſceleris, & tamen non minus atrox pœna. Seleucus rex cognomento Callimachus, infeliciter Martem expertus adverſus Gallos, cum lacerato abjectoque diademate, tribus, quatuorve duntaxat comitantibus, equo per invia fugeret, tandem labore fameque deficiens ad villam quandam coactus ſe recepit. Ejus dominum nactus, panem & aquam petiit. Ille vero non hæc tantum, verũ etiam quicquid ruſticana domus habebat ſumma cum comitate exhibuit. Interea regem intuitus agnovit, & gaviſus eſt quod illum fortuna ad ſuam caſam potiſſi-

potiſſimum detuliſſet. Quod gaudium ſi continere potuiſſet, retuliſſet aliquando magnificum hoſpitalitatis ſuæ præmium. At cum ad viam uſque regem eſſet comitatus, ne quid omitteret officii, diſceſſurus ait: Salve Rex Seleuce. Rex porrecta dextra veluti reſalutaturus & oſculaturus hominem ad ſe traxit, ſimulque cuidam è comitibus innuit, ut cervicem gladio recideret. Idq; factum eſt. Sed infinitum fuerit, exempla loquacitatis omnia recenſere, quibus tot regna, tot populos, tot civitates funditus everſas, & docent hiſtoriæ rerum antiquarum, & quotidie videmus. Sylla relicturus erat obſidionem Athenarum, quod hinc urgeret Mithridates, qui occuparat Aſiam, hinc Mariana factio, quæ rurſus urbem invaſerat, ſed dum ſeniculi quidam in tonſtrina garrientes, inter cætera dixiſſent, quod heptachalcum eſſet incuſtoditum, eoque periculum eſſe ne ex ea parte urbs caperetur: exploratores qui tum forte aderant, quod audierant in tonſtrina, Syllæ retulerunt.

tulerunt. Ille mox coactis copiis intempeſta nocte milites per eum locum induxit in civitatem, minimumque abfuit, quin eam funditus deleret, certe cæde & ſanguine complevit, adeo ut Ceramicum cruore fluxerit. Tantum attulit calamitatis reipub. vox non ſuo loco dicta, quæ ſi clam dicta fuiſſet apud magiſtratũ, ingens præmium promerebatur. Sæpe publicum malum cum privato cõjunctum eſt, adeo funeſta res eſt lingua intemperans. Sub Neronis tyrannide diu gemuerat urbs Roma, vel orbis potius. Unica tantum reſtabat nox, qua præparatis omnibus occidendus erat tyrannus. Et erat libera reſpub. ſi is qui necandum Neronem ſuſceperat, tam habuiſſet continentem linguam, quam fortem animum. Is enim cum in theatrum proficiſcens vidiſſet hominem duci, ut Neroni exhiberetur, deploranti fortunam ſuam intempeſtiva miſericordia commotus, dixit illi in aurem: Deos ora ô bone, ut hic dies prætereat. Nam cras ſat ſcio mihi gratias ages. Qui duce-

ducebatur ſuſpicionem ex huius oratione conceptam ad Neronem detulit, malens ſuæ ſaluti, quam illius qui indicarat, aut publico bono conſulere, præſertim cum incertum haberet, quis eſſet futurus coniurationis exitus. Protinus itaque conſolator ille ſublimis raptus eſt, admoti ignes & verbera. Quod ultro nulla neceſſitate coactus effutiverat, diu inter tormenta negavit, donec cruciatus exprimeret veri confeſſionem. Infelix eadem opera, & ſibi peperit exitium, & publicam libertatem remoratus eſt. Qui coniurarant in necem Iulii Cæſaris, M. Tullium tametſi virum bonum ut dictum eſt, & tyrannidis oſorem, excludebant ab huius facinoris conſcientia, non quod diffiderent illius animo, ſed linguæ. Atque utinam tam feliciter oppreſſiſſet Antonium armis, quam fortiter lingua provocavit. At Zeno philoſophus, ne coniurationis arcanum, cruciatu victus aliquando prodere cogeretur, ſuam ipſius linguam mordicus exciſam, in tyrãni faciem expuit.

Nec immerito Leænæ mulierculæ ob admirandum ſilentii exemplum honos habitus eſt. Ea erat meretrix Harmodio Ariſtogironique familiaris. Erat his conjurationis conſcia. Spem enim cum illis communem habebat, utpote mulier, rem feliciter ſucceſſuram. Biberat enim ex communi Cupidinis poculo, ac velut iiſdem orgiis initiata myſteriorum erat conſcia. Cæterum ubi non ſucceſſit, & de illis ſumptum eſſet ſupplicium, illa vocata ad quæſtiones, nullis tormentis adigi potuit, ut reliquos ejus conjurationis conſcios proderet. Athenienſes admirati tam inſignem mulieris conſtantiam, poſuerunt illi leænam ex ære ſed elinguem, ac pro foribus arcis dedicavere, ut leo declararet invictam animi fortitudinẽ: cæterum quod linguam non haberet, ſilentii fidem ſignificaret. At non perinde gratus fuit populus Romanus, quanquam non minus admirandum exemplum eſt in ſervo, quam in fœmina. Marcus Antonius orator, inceſti reus agebatur: accuſatores ſer-

vum

vum eius ad quæſtiones poſtulabant, quod is eunti ad ſtuprum domino la- ternam prætuliſſe diceretur. Servus erat etiamnum imberbis, & aſtabat coram, & videbat rem ad ſuos cru- ciatus pertinere. Ubi domum ven- tum eſt, videretque dominum ſuum hac de re vehementer ſolicitum, ultro hortatus eſt, ut ſe judicibus torquen- dum traderet, affirmans nullum ver- bũ ex ore ſuo proditurum, quo cauſa ejus læderetur, huiuſque promiſſi fidem inter varios ac ſæviſſimos cru- ciatus mira patientia præſtitit. At C. Plotius Plancus, cum ab hoſtibus ad cædem quæreretur, & ſervi diu torti conſtanter negarent ſe ſcire ubi late- ret dominus, ultro prodiit, occidi malens, quam tam fideles ſervos ſua cauſa diutius cruciari. Non potuit plus honoris habere ſilentio ſuorum. Ageſilaus Lacedæmoniorum rex, cum quidam facinoroſus pertinaci ſilentio duraret in tormentis, quan- tam, inquit, animi conſtantiam hic præſtat in re ſcelerata? Admiratus eſt vim animi, linguæque continentiam,

& dolebat tam egregiam virtutem abſumi in re non præclara, videlicet ſummam habitura laudem ſi recte fuiſſet collocata. Cum in tonſtrina ſermo verteretur de tollenda Dionyſii tyrannide, quam quidam dicebant adamantinam eſſe & inſuperabilem, tonſor intempeſtivo joco ridens, Quinam, inquit, inſuperabilem, cum ego ſubinde novaculam admoveam illius gulæ? Delatum eſt hoc dictum ad Dionyſium, & in crucem actus eſt tonſor. Quin & complures ſemet in exitium conjiciunt aviditate nuntiandi res novas. Cladem quam Athenienſes in Sicilia maximam acceperant, tonſor quidam à ſervo cuiuſdam ex ea clade elapſi cognoverat: mox relicta tonſtrina, veluti timens ne quis primi nuntii gloriam præriperet, quantum potuit ad urbem accurrit, totamque civitatem rumore complevit. Orta perturbatione, collectoque populo, primum huius rumoris auctor inquirebatur, protrahitur tonſor, jubetur rumoris auctorem edere, cuius ille ne nomen quidem

dem tenebat. Ilico rotæ alligatur miſer torquendus, ut triſtiſſimi rumoris confictor. Interea venere, qui certum cladis acceptæ nuntium adferrent: iamque ad ſuas quiſque calamitates deplorandas domum abiit, relicto, ut erat alligatus, tonſore. Tādem cum ſub noctem ſolveretur à carnifice, etiam tum percontabatur ecquid accepiſſet de Nicia, & quomodo fuiſſet interfectus, nam is dux erat exercitus. Tanta morbi vis erat, ut eo quoque tempore prius habuerit de malis alienis audire, quam ſuum deplorare malum, aut cavere ne quid in poſterum tale accideret. Fit autem, ut quemadmodum qui moleſta maleque olentia pharmaca biberunt, etiam ad ipſos calices unde hauſerunt ſolent nauſeare, ſic & illos oderimus qui rem vehementer triſtem nunciant. Verum quid opus eſt huius mali exempla è veteribus hiſtoriis petere, cum tota vita mortalium undique talibus plena ſit? Simili morbo laborant, qui gaudent mala futura prædicere, quo vates & aſtro-

logi videantur, aut chiromantes. Hi ſæpenumero malunt vitam perdere quam divinationem. Quanquam Anglorum rex Henricus ejus nominis ſeptimus maluit hujuſmodi divinatorem deridere quam tollere. Is ex aſtris prædixerat regem eo anno periturum. Res eſt ad regem delata. Accerſivit hominem verbis honorificis, diſſimulans quod reſcierat. Rex inter cætera percontatur hominem, num ex aſtris certa prædici poſſent? ajebat: num ipſe eſſet ejus artis peritus? annuebat, ſperans ſe tanto pluris habitum iri à rege. Tum rex; dic igitur mihi, ubi tu futurus es his feſtis natalitiis? inſtabat enim natalis Domini. Hærebat. Cum urgente rege, negaret ſe poſſe certum prædicere, Ergo, inquit rex, ego ſum artis peritior quam tu, nam ſcio te futurum in turri: ſic enim vocant locum munitum Londino imminentem, in quo ſervantur, quos volunt eſſe in tuto, ſimulque innuit ut duceretur. Illic ubi ſatis refrixerat divinandi calor; cum riſu dimiſſus eſt. Atqui ſatius
eſt

eſt ab huiuſmodi divinationibus tẽperare, quod periculum ſit, ne non ſemper obtingat rex eadem civilitate præditus. Ad hanc claſſem pertinent, qui conſiliis non in tempore datis, tum ſibi tũ aliis accerſunt perniciem. Promiſerat ſibi à Phalaride tyranno gratiam Perillus ænei tauri repertor, ſed ſuo malo docuit eſſe veriſſimum, quod ſcripſit Heſiodus, & proverbio celebratur:

Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

Referam fabulam quam audivi Lutetiæ cum illic agerem, an veram neſcio, certe veriſimilem. Oſtenditur in foro frumentario, ni fallor, os cloacæ, in qua ſe ſepeliri juſſerit quidam quem ſero pœnituit mali conſilii. Viderat regem triſtem ac ſolicitum. Cauſa mœroris erat, anguſtia rei pecuniariæ. Is quo regem ſublevaret, ſuaſit ut ex minutis etiam rebus quas ruſtici deferunt in urbem, unum aut alterum æreum nummulum exigeret, idque in biennium duntaxat. Ex eo cum viderent in urbe frequentiſſima colligi pecunię vim non modicã,

videlicet juxta ſententiam Heſiodi, ex multis minutis, conflato ingenti acervo; non remiſſum eſt, quod ſemel cœptũ eſt dari. χαλεπὸν χορίων κύνα γεῦσαι. Imo ad hoc exemplum plures exactiones excogitatæ ſunt. Qui dederat conſilium, cum videret ſe non idem auctoritatis habere in diſſuadendo, quod habuerat in ſuadendo, quo de ſeipſo pœnas ſumeret inconſulti conſilii, ſimulque moneret alios ne ad eundem impingerent lapidem, teſtamento cavit, ut in ea cloaca ſepeliretur, in quam totius illius fori ſordes confluunt, in quo manet etiamnum in hunc uſque diem exactionis executio. Quæ hactenus retulimus de linguæ vitiis, fere ſunt eius generis, ut ſtultitiæ, aut ſi quis odioſius interpretetur, inſaniæ ſint affiniora quam malitiæ. Quæ ſi tantam adferunt perniciem rebus mortalium, quid ſentiendum de his, qui deſtinata malitia ſceleratiſſimum linguæ organum nunquã non torquent ac vibrant in privatum ac publicum humani generis exitium? Qui ſtudio

dio

Digitized by Google

dio vulgant ficta prognoſtica, ut populos ac reges inter ſeſe committant, dum hoc futurum prædicunt quod fieri vellent, dum nunc huic, nunc illi victoriam aut cladem denuntiant, qui data opera falſa renuntiant, ut pertrahant in exitium quos volunt, qui mendaciis circumveniunt ac perdunt innoxios, qui fœdis adulationibus dementant animos principum, qui verſutis conſiliis miſcent res humanas, qui peierant, qui calumniantur, qui ſuſurris ac delationibus dirimunt amicitias, fœdera, coniugia, qui ſeditiones concitant, qui fratris animum conviciis exaſperant, qui docent hæreſes, qui blaſphemas evomunt in Deum & in ſanctos eius, ut leve iam videatur quod ſummis orbis principibus non magis parcunt quam lupis ut aiunt. Circunſpice quicquid eſt in orbe funeſtarum tragœdiarum, comperies fere fontem malorum omnium fuiſſe malam linguam. Atque utinam hæc lues tantum in aulis principum regnaret, ac non potiſſimum inter iſtos qui pieta-

tis Chriſtianæ columina videri volunt, qui Chriſtianæ religionis & integritatis exemplaria haberi poſtulant. At ne mihi nimium prolixa ſumatur hæc oratio, de adulatoribus nihil dicam, quo genere bipedum, nihil eſſe poteſt ſceleratius, vel quod alias à nobis in hos abunde dictum eſt, vel quod ex elegantiſſimo Plutarchi libello, quem nos latinum fecimus, petere poſſunt, qui volunt. De malitioſa vanitate dicentur pauca. Quod latet in hominis corde, ſolus Deus perſpicit. Cæterum in hoc eſt lingua data hominibus, ut hac internuntia homo hominis mentem & animum cognoſcat. Decet autem ut imago reſpondeat archetypo. Specula bona fide repræſentant imaginem rei objectæ. Nam quæ mendacia vocantur, in hoc tantum adhibentur ut riſum moveant. Eoque Dei filius, qui venit in terras, ut per eum cognoſceremus mentem Dei, ſermo patris dici voluit, & idem veritas dici voluit, quod turpiſſimum ſit linguam ab animo diſſidere. Nunc inter Chriſtianos

ſtianos etiam, Deum immortalem! quam rara linguæ fides? Quam multi ſunt qui ſic aſſuevere mentiri, ut ſe mentiri neſciant? Quod in comœdiis ſervile judicatur, in noſtris moribus vix ſacerdotibus ac monachis habetur indecorum, in primoribus etiam vocatur prudentia. Ne quid interim commemorem de his quorum tota vita nihil aliud quam mendacium eſt. Nec enim ſolum mentiuntur oratione, ſemper habentes in ore religionem, eccleſiam, & Chriſtum, fidem & euangelium, verum etiam vultu ficto, veſte prodigioſa, cibis, titulis, ac ceremoniis orbi mentiuntur, non ſine gravi pernicie religionis quam inſyncere profitentur. Tales erant apud Græcos philoſophi, barba, pallioque raram quandam ſapientiam pollicentes, ſemper habentes in ore virtutem, honeſtum, & libertatem, cum illorum plerique toti maderent vitiis pluſquam vulgaribus, ac ventris gloriæque eſſent mancipia. Tales erant apud Iudæos Phariſæi, qui triſtitia vultus, latis phy-

lacteriis aliiſque fucis apud imperitam plebem venabantur opinionem ſanctimoniæ. Quoniam autem utrique virtutem in lingua circumferebant, ſimiliter audiunt utrique. Siquidem dux ille fortis magis quam eloquens cum audiſſet philoſophos in Academia de recte vivendo diſputãntes, peracta diatriba, rogatus quid de his ſentiret: nihil, inquit, ſupereſt, niſi ut quæ diſputatis, rebus ipſis præſtetis. Significabat illos de virtute per omnem vitam nihil aliud quam diſputare. Quid autem audit à Chriſto phariſæus? Recte reſpondiſti, hoc fac & vives. Utinam autem non eſſent inter Chriſtianos, qui & philoſophorum fucos, & phariſæorũ ambitioſam hypocriſim ſuperarent. Prætericrunt umbræ, venit lux, non decet filios lucis ullus fucus. In quos acrius ſæviit veritas Chriſtus, quam in hypocritas? Aut quod nomen olim fuit infamius, quam hiſtrionum? Ethnicorum leges ſubmoverunt ab honoribus, qui fabulam ſaltaſſent in theatro, & hoc ſceleratiſſimum hiſtrionum

ſtrionum genus occupat omnes orbis honores, nuſquam non exercens hiſtrionicam, in conjugiis, in fœderibus principum, in aulis regum ac Cæſarum. In comœdiis exſibilatur ille qui audit, Non pudet vanitatis? ac reſpondet: Non, dum ob rem: dicitur enim à lenone, & applauditur ei quod mox ſequitur, ſterquilinium. At in hominũ vita quam multi ſunt, qui Dorionem ſuperãt vanitate, dum ob rem, cum Platonum & Catonum perſonam gerant? Pœnas dat legibus, qui natus vir, veſte mentitur fœminam, & ludus eſt quotidianus ſub pallio philoſophico, ſub veſte ſacroſancta, agere ſcurram, ſycophantam, impoſtorem, quadruplatorem, & quid non? pudet enim me pigetque reliqua commemorare. Illis crimini datur veſtitus mendax, etiam ſi nullum alioqui crimen ſit admiſſum. His in omni genere facinorum veſtis fucus patrocinatur. Si ſemel recipitur mendacium, tolli fidem neceſſe eſt, qua ſublata ſimul tollitur & omnis humanæ vitæ ſocietas. Quis enim

veli-

velit paciſci cum eo, quem non pudeat mendacii? Aut quis hunc amare poſſit, qui nihil dicat ex animo? Nec temere vulgo dictum eſt: Oſtende mihi mendacem, ego tibi oſtendam furem. Levius eſſet hoc malum, niſi mentientium vanitas faceret, ut nec vera loquentibus fides habeatur, non ipſis tantum, qui crebro mentiendo ſibi merito fidem abrogarunt: neminem enim miſeret plani, quem nemo ſublevat fracto crure, quod toties illuſiſſet accurrentibus, cum ille ſimularet crus eſſe fractum, verum etiam aliis qui loquuntur ex animo. Quemadmodum creditores frequenter decepti à malę fidei debitoribus, etiam his pernegant pecuniam, qui ſunt illorum diſſimiles. Et tamen levius improbi ſunt, qui naturæ morbo quodam ac libidine mentiendi peccant; quam qui deſtinata malitia. Sunt enim qui ſtudio ſpargunt vaticinia, quo concitent ſeditionem, & principes inter ipſos funeſto bello committant. Nec deſunt qui in hoc ipſum confingunt oſtenta, ſomnia, & viſio-

viſiones. Monachorum hic fere ludus eſt. Alii quos oderunt ſingulis annis ſemel atque iterum ſepeliunt, quo triſti rumore vel ad tempus diſcrucient amicos. Iam vero in conſuetudinem abit, fictis titulis edere libellos famoſos, & ipſius quem lædere volunt in hoc nomine abuti. Ad hæc tam execranda flagitia nunc cōnivent leges. Sed præſtat hæc interim miſſa facere, quo magis vacet ea perſequi, quæ propius ad præſens inſtitutum pertinent. Tantum illud addam, ne pudeat eos mendacii, quos non pudet parentis diaboli, quem auctorem mendacii pronuntiat divina ſcriptura: contemnant linguam veridicam, & ſtultam, ſi libet, appellent, qui volunt eſſe membra Chriſti. Voniam ad perjuros, quanquam omnis ſermo mendax juxta doctrinam euangelicam Chriſtianis perjurium eſt: imo omnis mala vita Chriſtianorum perjurium eſt. Atque hæc ipſa jusjurandi religio, in hoc reperta eſt, ne mendacio falleretur proximus, ne fraude crearetur magiſtratus aut princeps,

ceps, ne ſuſceptus magiſtratus inſyncere gereretur, ne ſecus quam ex fide dicerent teſtes, ne ſecus agerent actores & patroni, ne ſecus pronuntiarent judices. Nunc mihi quæſo revolve priſcorum annales, quando comperies tantum fuiſſe jurisjurandi, quantum nunc eſt inter Chriſtianos, & ubi plus perjuriorum? Iurandi nullus eſt finis. Iurat princeps inaugurandus: jurant magiſtratus: jurat populus: magnis ceremoniis res agitur. Excute juratos articulos, & videbis jusjurandum non minus eſſe ludicrum, quam eſt eorum qui ſuſcipiunt profeſſionem ſeptem artium liberalium, aut juris, aut theologiæ. Iurant qui magiſtratum ſuſcipiunt, & eum quidam ita gerunt; quaſi juraverint ſe perjuraturos. Quoties autem urant Cæſares priuſquam coronam ſacram accipiant? Quoties jurejurando coëunt principū fœdera, quoties perjuria reſcinduntur? Iterum atque iterum jurant epiſcopo, qui ſacris initiantur. Pontifici iurant notarii, & epiſcopi qui dicuntur à ſuffragiis.

fragiis. Quoties monachi jurant ſuis abbatibus? Excute facta, comperies periuriorum plena omnia. Nec interim iuratur per Iovem lapidem, aut per Herculem, ſed per Chriſti crucem, per ſacra Dei euangelia, per ſalutem animæ: & quaſi hęc parum ſint, ſcinditur & diſtribuitur ſacroſanctus ille panis, quo ſymbolo nihil eſſe poteſt religioſius. At lingua dirumpit hæc omnia vincula. Miramur in Petro quod ter dominum abnegarit, quem humano tantum affectu diligebat, cuius ſpiritum nondum ſenſerat, quem nondum viderat ſurrexiſſe, nondum viderat aſcendentem in cœlum: nobis ludus videtur peierare, quaſi ſit aliud peierare per Dei nomen, quam illum abiurare. Et interim hodie quoque ſubmoventur è tribunalibus ac magiſtratibus infeliciter periuri. At ſi quorundam magnatum vitam excutias, quantum reperies periuriorum examen? Iam vero pluſquam periurium habetur, ſi quis pro cinericio pallio ſumat atrum, aut pro lineo veſte ſumat laneam.

Nam

Nam apoſtaſiam vocant, quod crimen olim atrociſſimum erat illorum, qui abnegato Chriſti nomine defeciſſent ad cultum dæmonum. Nunc cum tota fere vita mortalium talis ſit, quaſi baptiſmi ſacramentum ludus ſit, nullus agnoſcit perjurium, neminem pudet apoſtaſias tam impiæ. Non hic patrocinor his qui temere deſerunt honeſtum vitæ inſtitutum, ſed indico præpoſterum vulgi judicium. Veniam ad venena linguæ, quibus nulla vipera, nullum aconitum, exitium habet præſentius. Damnantur etiam ethnicorum legibus, qui ſegetem excantarint ex agris alienis, aut qui luem incantarint, at quanto nocentior eſt lingua, quæ dictis impiis eximit pietatem: quæ turpiloquio depulſa pudicitia immittit turpium voluptatum amorem, quæ principi pro clementia inſibilat crudelitatem & avaritiam, ac publicum fontem unde hauriunt omnes letalibus venenis inficit? Exuruntur ſagæ, quæ veneficiis vim admovent animis hominum, aut noxam corporibus,

quæ manes evocant, quæ magicis ſacris litant dæmonibus, quæ faſcino lædunt, etiam ſi ne horum quidem quicquam geritur, abſque linguæ miniſterio, quemadmodum teſtatur Virgilius,

Pocula ſi quando ſævæ infecere novercæ,
Miſcueruntque herbas, & non innoxia verba.

Ac rurſus:

Baccare frontem
Cingite, ne vati, inquit, *noceat mala lingua futuro.*

Atqui hæc omnia cum nocentes linguæ perpetuo deſignent in vita mortalium, nemo miratur: adeo res in conſuetudinem abiit. An nullum faſcinum ſceleratius eſt, quam corrupta juvenum aut virginum inſtitutio? Quiſquis docet impia, nonne miſcuit aconitum? Qui rudem ætatem obſcœnis ſermonibus inficit, nonne virus infudit immedicabile? Et adverſus maleficorum artes traduntur quædam remedia, adverſus linguæ nocentis venenum quod remedium inve-

invenias? Sunt incantamenta quibus ſopitur anguis, nullum eſt incantamenti genus, quo linguam obtrectatoris cohibeas. Iam cum natura ſævæ novercæ ſimilior quam matri, ſingulis venenis, ſuum quoddam exitii genus attribuerit, atque hic crudeli varietate copiaque luſerit, uni linguæ tribuit omnia. Mala lingua quæ perſuaſit habendi ſitim, uſque ad fratrum circumventionem, uſque ad templorum ſpoliationem, uſque ad cædem ac veneficia, nonne plus noxæ dedit, quam ulla dipſas, cuius morſum ſequitur bibendi ſitis inexplebilis, uſque ad venarum inciſionem? Seps minutum animalculum eſt, & tamen ea veneni vis eſt, ut quem attigerit ſic totus extabeſcat, ut ne oſſa quidem ſuperſint. At noxia lingua, quæ livoris virus inſtillavit in animum alterius, quo totus tum animo tum corpore contabeſcat miſer, nonne præſentius indidit venenum quam ſeps habet, cui hæc inter omnia ſerpentium genera palma ...od cum [illegible]uitur, quod cum cætera vitam eripiant,

eripiant, ſolus hic ne cadaver quidem faciat reliquum? Iam age lingua, quæ peſtilenti ſermone venenum ambitionis inſevit animo, aut adulatrix lingua, quæ ſic dementat hominem, ut ſibi diis æqualis videatur, totuſque turgeat inani faſtu, nonne plus mali dedit quam ullus preſter, cuius morſum ſequitur prodigioſus corporis tumor? Homuncio qui ſibi ſumit divinos honores, & erigitur adverſus omne quod dicitur aut colitur Deus: nonne latius tumet ferali veneno, quam ſi preſteris dente tactus eſſet, cujus veneno tumeſcit icti corpus ultra modum humanum, ſed non uſque ad elephanti magnitudinem? At animus elati tumeſcit uſque ad eius celſitudinem, qui immenſus eſt, & incomprehenſus. Habebat Alexander magnus ſuos inſtigatores, qui juvenem ſuapte ſponte furentem magis incenderent ad bellum, pollicentes neſcio quod totius orbis dominium, ſubinde veluti novas faces ſuggerentes, Hæc regio tibi ſupereſt armis ſubigenda; hic populus te negligit.

git. Interim miſer ille mox periturus, omnia cædibus ac ſanguine miſcebat, ne amiciſſimis quidem parcens, dum non ſuſtinet à quoquam contemni. Is nonne peius venenum ex ſceleratis linguis hauſerat, quam quos hæmorrhois ſerpens momordit, cui hinc nomen eſt apud Græcos, quod is quem percuſſerit toto corpore nihil aliud exudet quam ſanguinem? Rurſus nocens lingua, quæ revocat à corrigenda in melius vita, quæ incantat ſecuritatem, quæ ſuadet molliter & abſque futuri ſolicitudine vivere, quæ dicit: Comedamus & bibamus, cras enim moriemur: &, Non eſt Deo curæ quid agant homines: aut, nihil habet momenti noſtra ſollicitudo, quando Deus velimus nolimus hoc de nobis facturus eſt, quod ſemel ſtatuit. Lingua inquam quæ hujuſmodi dictis lethalem ſocordiam inſtillavit in mentem hominis, nonne vulnus inflixit aſpidis morſu nocentius? quem profundus ſomnus ſecutus mortem adfert abſque ſenſu doloris?

Sic

Sic & qui molliter vivunt, ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferos deſcendunt. Age delatrix lingua, quæ procurat apud potentem, ſed ſtultum principem innocentis hominis proſcriptionem, qui velut ictus fulmine, prius interiit, quam ſenſit plagam, an minus nocuit, quam ſerpens, cui nomen jaculo, quod ſeſe ſagittæ in morem vibret, impetuque per hominis tempora effugiat, tanta celeritate, ut mors non ſit vulnere tardior? Baſiliſcus & oculis noxius eſt, & morſu, cui tam præſentanea veneni vis, ut ni protinus amputes membrum, nulla ſit vitæ ſpes. An non invidus faſcinum habet in oculis, qui fraternis bonis quibus gratulari debebat non aliter ac ſuis, uritur, & morſum addit, oculis nocentiorem, arrodens & carpens, quæ rectiſſime geſta ſunt, interpretatione malitioſa depravans, quæ bene dicta ſunt: ibi criminis hæreſim intentans, ubi fuerat laudanda pietas: ibi proditionis inſimulans, ubi fuerat approbandum ſalubre liberumque

rumque conſilium. O baſiliſcum innocentem, ſi cum huiuſmodi linguis conferatur. Præſens ac velox virus eſt baſiliſco, quod ſubito per haſtam tranſvolat ad dextram configentis: præſentius Narco piſci, qui vulneratus hamo, venenum per ferrum, per longum funiculum, per arundinis nodos, ad ipſam tenentis dextram transfundit, ſed longius transfundit ſuum virus mala lingua, cuius ſermo ſerpit ut cancer, nec finem facit donec orbis bonam partem pervaſerit. Per uxorem inficit maritum, per diſcipulum parentes, per unum magiſtratum reliquos, donec veneni vis penetravit in aulas principum, atque hinc in orbem univerſum. Interim illi Narci torpentes otio, nec alia re tuti quam veneno, depaſcuntur impune miſeros: nec enim illis alia res magis expedit, quam ut nihil ſapiant fœminæ, ſtupeat vulgus, delirent principes. Inter ſerpentes negant ullum venenum immedicabilius quam aſpidis, quemadmodum inter herbas nocendi palma defertur aconito, cui

cui in hoc convenit cum aſpide, quod ſomno necat, & tamen nullum eſt omnino tam peſtiferum venenum, quin hominum induſtria invenerit remedium. Nam M. Varro tradit efficax eſſe remedium, ſi percuſſus ab aſpide, ſuam ipſius bibat urinam. Et aconiti vim diluit ruta & erynge, in anſeris jure decocta, ne quid alias medicorum antidotos commemorē, quarum non eſt numerus. Sunt variæ rerum ſpecies, quibus abiguntur & arcentur noxiæ beſtiæ, veluti ebuli herbæ ſuffitus, quemadmodum & galbani, tamaricus, id eſt fruticis genus ſterile. Eandem vim habet odor ac fumus coſti arboris, & herbæ panaceæ, centaurei, peucedami, tapſi, abrotani, laricis arboris. Fraxinus autem vim habet tam inimicam ſerpentibus, ut non ſolum ſuccus ejus potus, aut ipſa vulneri admota, opituletur læſis veneno, verum etiam ne matutinas quidem aut veſpertinas hujus arboris umbras, quamvis longiſſimas ullus ſerpens attingat. Quod ſi ſic includas ſerpentem, ut fugere

non queat, niſi aut in ignem eat aut in fraxinum, in ignem potius ibit. Id Plinius tanquam experimento compertum narrat. Idem efficit aduſtum cornu cervi. Qui & ipſum animal ſerpentibus natura infenſum halitu eos extrahit è cavernis ac necat. His itaque remediis legimus exercitus inter venena fuiſſe tutos. Nam & Pſyllorum genti peculiarem vim indidit natura, ut non tantum ipſi tuti ſint ab omnibus venenis, verum etiam aliis à ſerpente percuſſis carminibus ſalivaque medicentur, atque ex ipſis etiam ulceribus ſuctu virus educant ac revomant innocui. Sed omnes humanas artes ſuperat virulenta lingua. Inter omnes peſtes, nulla formidabilior mea quidem ſententia, quam ex morſu canis rabidi. Nam aſpidis morſus ſomno necat, mitiſſimo mortis genere, neque cuiquam nocet contagio, quandoquidem carnem animantis ſic interfecti tradunt eſſe innoxiam. At canis morſus præter mortem crudelem, præter animum rabie vitiatum, etiam crudeli

deli contagio tranſvolat ad plures. Et tamen huic quoque malo tot antidotis occurſum eſt. Unius linguæ virus immedicabile eſt. Cicutæ potæ vim diluit ſumpta vini copia. Quædam venena ſecum ferunt antidotū. Scorpius admotus vulneri, quod fecit, retrahit virus ſuum. Qui læſus eſt à Cantharide, ſentit opem, ſi alas illius detractas imponat vulneri. Idem affirmant de pilis rabidi canis. Utinā vel ex contuſis maledicorum linguis paſtilli fiant, quibus opitulentur remedio quos læſerunt veneno. Sunt regiones in quibus nullum omnino vivit venenum. Nec quodvis venenum quibuſlibet reperias locis. At in quem tandem orbis angulum fugies, ubi tutus ſis à mala lingua, quæ nullum veneni genus in ſe non complectuntur? Proditum eſt hiſtoriis, quoſdam ſic antidotis munitos fuiſſe adverſus hæc, ut nullo veneni genere lædi potuerint: ſola lingua malum habet inſuperabile. Hic adde quod noxiæ beſtiæ non temere quenquam lædunt niſi provocatæ,

videlicet cum calcantur. Noxia lingua ultro profert virus ſuum, nec ullos gravius lædit, quam bene merentes. Familiaritas ac fiducia ſimplex præbet anſam nocendi. Si ſcorpius amplectitur priuſquam infigat caudæ aculeum. Rurſus non omne venenum cunctis venenum eſt. Ciconiis ſerpentes innoxium cibum præbent, homini letiferum: Humanæ linguæ virus exitiale eſt omnibus. Imo beſtiæ quædam quibuſdam regionibus innoxiæ ſunt. Nam dracones in ſola nocent Africa, alibi placidi atque innoxii: & Perſicum pomum in Italiam tranſlatum toxicum habere deſiit. Rurſus ſerpentes fere nocturno frigore torpēt innoxii: & aquæ quædam nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur. Mala lingua nullo non loco, nullo non tēpore, paratum & expeditum habet venenum. Atque inter venena præcipue formidantur, quæ fallaci ſpecie blandiuntur, velut inter ſorba quæ pulcherrima ſunt, venenum habent, & fontes quidam, cum ſint lympidiſſimi

diſſimi, potu mortem adferunt. Eſt & mellis genus, quod cæteris dulcius toxicum habet. Sunt quæ hoc nocentiora ſunt, quod mutant colorem, veluti chamælcon. Sunt quæ præter virus celeritate valent. At noxia linguâ quid blandius? In quas ſpecies non ſeſe transformat? Quid autem volubilius? Iam ex ipſis viperis & aconitis plurima ſunt remedia adverſus graviſſimos morbos, ut naturâ malum abunde penſare videatur. At lingua mala, nihil aliud quam venenum eſt. Sunt & hoc nomine mitiora venena, quod ſcorpius non impetit ſcorpium, & vipera viperæ innoxia eſt. Homo ſolus in hominem venenum habet. Et interim horreſcimus rubetas, & colubros, hominem his omnibus nocentiorem ampleƈtimur? Membrum à baſiliſco percuſſum incontanter amputamus, & hominis maledici conviƈtum non fugimus? Quis tamdemens eſt, ut viperam in ſinu foveat? Nos viperis omnibus nocentiores nonnunquam & leƈto fovemus. Si Pythagoras vetuit, ne

hirundinem recipiamus ſub tectum,
cum hæc avis venenum neſciat, tan-
tum garrulitate moleſta, nos viru-
lentum hominem non excludimus à
conſuetudine? Scorpium exhorre-
ſcimus, qui nec ferit niſi impruden-
tem, nec ſemper habet lethale vene-
num, denique poſt ictum tuto vel pu-
gno poteſt interfici, & admotus vul-
neri facit, quod in fabulis fecit haſta
Pelias: at mala lingua ſimile quid-
dam habet cum iſtis dæmoniacis,
qui malis artibus immittunt malum
cui volunt, at iidem non poſſunt tol-
lere quod immiſere. Serpit enim vi-
rus vel invito eo unde profectum eſt,
& ita natura comparatum eſt, ut læ-
dere facillimum ſit, mederi difficilli-
mum. Multa ſunt inſtrumenta ſub-
vertendæ vitæ mortalium, lapides,
gladii, ſagittæ, tormenta, inſidiæ,
bella, veneficæ artes, venena, in-
curſus ferarum, ac noxiorum ani-
mantium, peſtilentiæ, terræ concuſ-
ſio, fulmina, inundatio, aliique ca-
ſus innumerabiles, ex quibus univer-
profic. ſis non proficiſcitur tanta pernicies
humano

humano generi, quantam adfert ſola lingua, cui debemus & illorum quæ modo commemoravi malorum partem maximam. Nullum calamitatis genus, gravius exitiorum diluvium invehit quam bellum. Atqui nullum eſſet bellum inter mortales, ſi nullæ eſſent malæ linguæ, quæ belli cauſas ſubminiſtrarent. Quot hominum millia quotidie ſubvertit calumnia? quot adulatrix lingua? quot impiorum conſiliorum incantatrix? quot invidiæ faſcino nocens? quot obtrectatrix? quot conviciorum ſpiculis violenta? Repete veterum monumenta, relege quicquid eſt tragœdiarum, quicquid unquam geſtum eſt à tyrannis crudeliter ac tragice, comperies à mala lingua profectum initium. Tantum habet in ſe malorum membrum illud minutulum ac molliculum, niſi adſit animus integer rector, ac moderator. Hic orationis meæ curſum fortaſſis aliquis non omnino ſine cauſa interpellabit: Tantum, inquiens, vituperas linguam noxiam, nos medicinam expecta-

mus. Et iſtud ſuo loco præſtabimus. Atque adeo in animi peſtibus bona medicinæ pars eſt, penitus noſſe mali magnitudinem: eam ſi vobis è ſacris etiam literis demonſtraro, conabor & remedia commonſtrare. De garrulitatis morbo videor mihi ſatis hactenus diſſeruiſſe, illud tantum addam obiter; neminem nec brevius nec efficacius damnaſſe loquacitatis vitium, quam ipſum Dominum in euangelio, qui pronuntiavit de omni verbo otioſo reddendam eſſe rationem in die judicii. Quod autem eſt verbum otioſum? Omnes fabulæ, omnes joci, qui nihil conducunt ad ſalutem æternam. Quid igitur iſti dicent in die judicii, qui totos dies nugaciſſimas nugas garrientes, & ſuum & aliorum otium pariter & negotium perdunt? Adhæret ut dixi loquacitati futilitas ac vanitas. Deus autem ut rariſſime loquitur, & compendio loquitur, ita loquitur veriſſima, ſimul & efficaciſſima. Semel locutus eſt pater, & ſermonem genuit æternum. Rurſus lo-

cutus

cutus eſt, & omnipotenti verbo condidit univerſam hujus mundi machinam. Rurſum locutus eſt per ſuos prophetas, per quos nobis tradidit ſacros libros, ſub paucis ſimplicibuſque verbis, immenſum divinæ ſapientiæ theſaurum occultantes: poſtremo miſſo filio, hoc eſt, verbo carne veſtito, protulit ſermonem abbreviatum ſuper terram, in uno velut epilogo contrahens omnia. Conjunxit ſilentii fidem cum breviloquentia, cum utroque ſummam & efficacem veritatem. Ubi ſilentii fides? Quia deleto chirographo mortis nulla jam fit mentio præteritorum criminum. Ubi breviloquentia? quia legem ac prophetas duobus verbis complexus eſt, Confide & ama. Abolita eſt figurarum ac ceremoniarum, infinita ut ſic dicam, loquacitas, poſteaquã emicuit ipſum corpus ac lux euangelica. Ubi veritas? Quia quicquid tot ſeculis fuerat promiſſum, per filium præſtitit. In libro Iob ſic loquitur Heliu: Plenus ſum ſermonibus, & coarctat me ſpiritus uteri mei, en venter

meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod lagunculas novas diſrumpit. Loquar & reſpirabo paululum. Audis hominem loquacem & impatientem ſilentii. At Deus ut idem ait, ſemel loquitur, & ſecundo idipſum non repetit. Linguam autem ad garriendum præcipitem, ſic cohibet Sirach ille ſapiens: Noli eſſe citus in lingua tua, & remiſſus in operibus tuis. Quam bene taxavit vulgatos hominum mores, qui cum lingua ſint præſtrenui, factis ſunt ignavi. Solomon autem idem nos docet: Qui moderatur, inquit, ſermones ſuos, doctus & prudens eſt, & pretioſi ſpiritus vir eruditus. Quam bene conjunxit ſermonis parſimoniam cũ prudentia: & animum ſilendi gnarum cum eruditione. Idem aliquanto poſt: Qui prius, inquit, reſpondet quam audiat, ſtultũ ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignum. Novit ſapiens Eccleſiaſtes tempus loquendi, novit & tacendi tempus. Novit & Amos propheta: Ideo, inquit, prudens in tempore illo tacebit, quia

tempus

tempus malum eſt. Porro quoniam de rebus divinis periculoſa eſt garrulitas, recte admonet Zacharias: Sileat omnis caro à facie Domini, quia conſurrexit de habitaculo ſancto ſuo. Nec aliud docet Pſal. 64. juxta veritatem Hebraicam: Tibi ſilentium laus Deus in Sion, & tibi reddetur votum. Rurſus utrem muſto periclitantem quam belle depingit nobis Sirach: A facie, inquit, verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis. Ibidem taxatur, imo docetur, qui ne ſua quidem arcana poteſt reticere. Amico & inimico noli narrare ſenſum tuum, & ſi eſt tibi delictum, noli denudare. Audiet enim te, & cuſtodiet te. Audiſti verbum adverſus proximum tuum, commoriatur in te, confidaſque, quod te non diſrumpet. Rurſus aliquanto inferius: Eſt, inquit, correptio mendax & ira contumelioſi, eſt judicium, quod non probatur eſſe bonum, & eſt tacens, & ipſe eſt prudens. Iterum ibidem: Eſt, inquit, tacens, qui invenitur ſapiens, & eſt odibilis, qui

tacens eſt ad loquendum. Eſt autem tacens & non habẽs ſenſum loquelæ. Et eſt tacens ſciens articulum apt temporis. Homo ſapiens tacebit uſ que ad tempus. Laſcivus autem & imprudens non ſervabit tempus. Qui multis utitur verbis, lædet animam ſuam. Ac mox: lapſus linguæ, quaſi qui in pavimento cadit. Rurſum: Ex ore fatui, reprobabitur parabola, non enim dicit in tem ſuo. Si bona ſententia pore dicta reprobatur dum de his qui ſt tundant aures item: Qu naſcatur rabol

Quod ... co- ..., inquit, ... codet ... lo

cauſa tua, vix cum neceſſe fuerit. Si bis interrogatus fueris, habeat caput reſponſum tuum. De futili vero dicit Solomon: Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana: qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum. Ab hujuſmodi cavendum eſſe, docet Sirach: Ne ſuſtineas, inquit, ex æquo loqui cum illo, ne credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela tentabit te, & ſubridens interrogabit te de [illegible] is tuis. Sic & Horatius: P[illegible] em f[illegible]o, quia garru-
[illegible] I[illegible] t nos Sirach:
[illegible] ve[illegible] m amabilem
[illegible] iæ [illegible] orum effun-
[illegible] de [illegible] or, inquit,
[illegible] aſi [illegible], & omnem
[illegible] am [illegible] Audis gar-
[illegible] n [illegible] ultum, ve-
[illegible] ia [illegible] ientiæ. Nunc
[illegible] m [illegible] atem. Narra-
[illegible] ſarcina in
[illegible] nietur
[illegible] a [illegible] ium
[illegible] ru-
[illegible] d [illegible] n [illegible] Di-
[illegible] xit

procax eſt ad loquendum. Eſt autem tacens & non habẽs ſenſum loquelæ: Et eſt tacens ſciens articulum apti temporis. Homo ſapiens tacebit uſque ad tempus. Laſcivus autem & imprudens non ſervabit tempus. Qui multis utitur verbis, lædet animam ſuam. Ac mox: lapſus linguæ, quaſi qui in pavimento cadit. Rurſum: Ex ore fatui, reprobabitur parabola, non enim dicit in tempore ſuo. Si bona ſententia non ſuo tempore dicta reprobatur, quid dicendum de his qui ſtulta garrulitate obtundunt aures omnium? Solomon item: Quomodo, inquit, ſi ſpina naſcatur in manu temulenti, ſic parabola in ore ſtultorum. Iam probæ mulierum unicum ornamentum eſſe ſilentium docent & Græcorum ſententiæ. Nec tacuit Sirach noſter: Mulier, inquit, ſenſata & tacita, non eſt immutatio eruditæ animæ. Quod decet fœminam, decet & adoleſcentem apud natu majores. Audi, inquit, tacens, & pro reverentia accedet tibi bona gratia. Adoleſcens loquere in

cauſa tua, vix cum neceſſe fuerit. Si bis interrogatus fueris, habeat caput reſponſum tuum. De futili vero dicit Solomon: Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana: qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum. Ab hujuſmodi cavendum eſſe, docet Sirach: Ne ſuſtineas, inquit, ex æquo loqui cum illo, ne credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela tentabit te, & ſubridens interrogabit te de abſconditis tuis. Sic & Horatius: Percontatorem fugito, quia garrulus idem eſt. Iterũ docet nos Sirach: Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit, gratiæ autem fatuorum effundentur. Idem rurſum: Cor, inquit, fatui quaſi vas confractũ, & omnem ſapientiam non tenebit. Audis garrulum non ſolum eſſe ſtultum, verumetiam indocilem ſapientiæ. Nunc audi moleſtam garrulitatem. Narratio, inquit, fatui, quaſi ſarcina in via. Nam in labiis ſenſati invenietur gratia. Ac mox: Labia imprudentium ſtulta narrabunt, verba autem prudentium ſtatera ponderabuntur. Dixit

procax eſt ad loquendum. Eſt autem tacens & non habẽs ſenſum loquelæ: Et eſt tacens ſciens articulum apti temporis. Homo ſapiens tacebit uſque ad tempus. Laſcivus autem & imprudens non ſervabit tempus. Qui multis utitur verbis, lædet animam ſuam. Ac mox: lapſus linguæ, quaſi qui in pavimento cadit. Rurſum: Ex ore fatui, reprobabitur parabola, non enim dicit in tempore ſuo. Si bona ſententia non ſuo tempore dicta reprobatur, quid dicendum de his qui ſtulta garrulitate obtundunt aures omnium? Solomon item: Quomodo, inquit, ſi ſpina naſcatur in manu temulenti, ſic parabola in ore ſtultorum. Iam probæ mulierum unicum ornamentum eſſe ſilentium docent & Græcorum ſententiæ. Nec tacuit Sirach noſter: Mulier, inquit, ſenſata & tacita, non eſt immutatio eruditæ animæ. Quod decet fœminam, decet & adoleſcentem apud natu majores. Audi, inquit, tacens, & pro reverentia accedet tibi bona gratia. Adoleſcens loquere in

cauſa tua, vix cum neceſſe fuerit. Si bis interrogatus fueris, habeat caput reſponſum tuum. De futili vero dicit Solomon: Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana: qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum. Ab hujuſmodi cavendum eſſe, docet Sirach: Ne ſuſtineas, inquit, ex æquo loqui cum illo, ne credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela tentabit te, & ſubridens interrogabit te de abſconditis tuis. Sic & Horatius: Percontatorem fugito, quia garrulus idem eſt. Iterũ docet nos Sirach; Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit, gratiæ autem fatuorum effundentur. Idem rurſum: Cor, inquit, fatui quaſi vas confractũ, & omnem ſapientiam non tenebit. Audis garrulum non ſolum eſſe ſtultum, verumetiam indocilem ſapientiæ. Nunc audi moleſtam garrulitatem. Narratio, inquit, fatui, quaſi ſarcina in via. Nam in labiis ſenſati invenietur gratia. Ac mox: Labia imprudentium ſtulta narrabunt, verba autem prudentium ſtatera ponderabuntur. Di-
xit

procax eſt ad loquendum. Eſt autem tacens & non habēs ſenſum loquelæ: Et eſt tacens ſciens articulum apti temporis. Homo ſapiens tacebit uſque ad tempus. Laſcivus autem & imprudens non ſervabit tempus. Qui multis utitur verbis, lædet animam ſuam. Ac mox: lapſus linguæ, quaſi qui in pavimento cadit. Rurſum: Ex ore fatui, reprobabitur parabola, non enim dicit in tempore ſuo. Si bona ſententia non ſuo tempore dicta reprobatur, quid dicendum de his qui ſtulta garrulitate obtundunt aures omnium? Solomon item: Quomodo, inquit, ſi ſpina naſcatur in manu temulenti, ſic parabola in ore ſtultorum. Iam probæ mulierum unicum ornamentum eſſe ſilentium docent & Græcorum ſententiæ. Nec tacuit Sirach noſter: Mulier, inquit, ſenſata & tacita, non eſt immutatio eruditæ animæ. Quod decet fœminam, decet & adoleſcentem apud natu majores. Audi, inquit, tacens, & pro reverentia accedet tibi bona gratia. Adoleſcens loquere in

cauſa

cauſa tua, vix cum neceſſe fuerit. Si bis interrogatus fueris, habeat caput reſponſum tuum. De futili vero dicit Solomon: Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana: qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum. Ab hujuſmodi cavendum eſſe, docet Sirach: Ne ſuſtineas, inquit, ex æquo loqui cum illo, ne credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela tentabit te, & ſubridens interrogabit te de abſconditis tuis. Sic & Horatius: Percontatorem fugito, quia garrulus idem eſt. Iterũ docet nos Sirach: Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit, gratiæ autem fatuorum effundentur. Idem rurſum: Cor, inquit, fatui quaſi vas confractũ, & omnem ſapientiam non tenebit. Audis garrulum non ſolum eſſe ſtultum, verumetiam indocilem ſapientiæ. Nunc audi moleſtam garrulitatem. Narratio, inquit, fatui, quaſi ſarcina in via. Nam in labiis ſenſati invenietur gratia. Ac mox: Labia imprudentium ſtulta narrabunt, verba autem prudentium ſtatera ponderabuntur. Dixit

procax eſt ad loquendum. Eſt autem tacens & non habēs ſenſum loquelæ: Et eſt tacens ſciens articulum apti temporis. Homo ſapiens tacebit uſque ad tempus. Laſcivus autem & imprudens non ſervabit tempus. Qui multis utitur verbis, lædet animam ſuam. Ac mox: lapſus linguæ, quaſi qui in pavimento cadit. Rurſum: Ex ore fatui, reprobabitur parabola, non enim dicit in tempore ſuo. Si bona ſententia non ſuo tempore dicta reprobatur, quid dicendum de his qui ſtulta garrulitate obtundunt aures omnium? Solomon item: Quomodo, inquit, ſi ſpina naſcatur in manu temulenti, ſic parabola in ore ſtultorum. Iam probæ mulierum unicum ornamentum eſſe ſilentium docent & Græcorum ſententiæ. Nec tacuit Sirach noſter. Mulier, inquit, ſenſata & tacita, non eſt immutatio eruditæ animæ. Quod decet fœminam, decet & adoleſcentem apud natu majores. Audi, inquit, tacens, & pro reverentia accedet tibi bona gratia. Adoleſcens loquere in

cauſa

cauſa tua, vix cum neceſſe fuerit. Si bis interrogatus fueris, habeat caput reſponſum tuum. De futili vero dicit Solomon: Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana: qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum. Ab hujuſmodi cavendum eſſe, docet Sirach: Ne ſuſtineas, inquit, ex æquo loqui cum illo, ne credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela tentabit te, & ſubridens interrogabit te de abſconditis tuis. Sic & Horatius: Percontatorem fugito, quia garrulus idem eſt. Iterũ docet nos Sirach; Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit, gratiæ autem fatuorum effundentur. Idem rurſum: Cor, inquit, fatui quaſi vas confractũ, & omnem ſapientiam non tenebit. Audis garrulum non ſolum eſſe ſtultum, verumetiam indocilem ſapientiæ. Nunc audi moleſtam garrulitatem. Narratio, inquit, fatui, quaſi ſarcina in via. Nam in labiis ſenſati invenietur gratia. Ac mox: Labia imprudentium ſtulta narrabunt, verba autem prudentium ſtatera ponderabuntur. Di-

xit

xit idem ethnicus quidam: qualis vir, talis oratio. Et juxta Eſaiam: Fatuus fatua loquitur. Atque iterum Sirach de futili lingua: In ore fatuorum cor illorum, in corde autem ſapientum os illorum. Quid eſt geſtare cor in lingua? prius effundere ſermonē, quam cogitaris quid ſit dicendum. Quid eſt habere linguam in corde? Eſt non niſi præcogitata tecum & expenſa loqui. Atque iterum: Indiſciplinatæ loquelæ ne aſſueſcat os tuum. Eſt enim in illa verbum peccati. Congruit huic illud Solomonis: In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt. Et aliquanto inferius: Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam, qui vero inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala. De tonſorum loquacitate crebro nobis dictum eſt. Nunc audiamus Sirach: Difficile, inquit, exuitur negotians à negligentia, & non juſtificabitur caupo à peccatis labiorum. Nunc audi Eccleſiaſten: Verba, inquit, oris ſapientis gratia, & labia inſipientis præci-

ɔræcipitabunt eum. Initium verbo-
:um ejus ſtultitia, & noviſſimum o-
:is illius, error peſſimus. Non hic
nterim repeto, quot locis Paulus in-
ectatur ματαιολογίαν, quanta ſeverita-
e cohibet linguæ muliebris intem-
ɔerantiam. Atque hæc quidem ha-
ɔentur vitia linguæ leviſſima, ſtulta
garrulitas, incontinentia arcani. At
evia videri non debent, quæ tot lo-
:is damnat ſcriptura divina, è quibus
ios paucula duntaxat excerpſimus.
Nam his vitiis, ut dictum eſt, adhæret
vanitas. Quod in rebus divinis eſt
ɔater ex ſe progignens filium, hoc in
iobis eſt mens, fons cogitationum
ıc ſermonis: quod illic eſt filius na-
ſcens à patre, hoc in nobis eſt ora-
io proficiſcens ab animo. Filius di-
ctus eſt imago patris, adeo ſimilis, ut
qui alterutrum norit, utrumque no-
it. Et in nobis animi ſpeculum eſt
ɔratio, unde celebratur illud à So-
:rate dictum: Loquere ut te videam.
Adductus erat adoleſcens elegante
orma, ut ex aſpectu colligeret indo-
em. At ille non videbat adoleſcen-
tem

xit idem ethnicus quidam: qualis vir, talis oratio. Et juxta Eſaiam: Fatuus fatua loquitur. Atque iterum Sirach de futili lingua: In ore fatuorum cor illorum, in corde autem ſapientum os illorum. Quid eſt geſtare cor in lingua? prius effundere ſermonẽ, quam cogitaris quid ſit dicendum. Quid eſt habere linguam in corde? Eſt non niſi præcogitata tecum & expenſa loqui. Atque iterum: Indiſciplinatæ loquelæ ne aſſueſcat os tuum. Eſt enim in illa verbum peccati. Congruit huic illud Solomonis: In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt. Et aliquanto inferius: Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam, qui vero inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala. De tonſorum loquacitate crebro nobis dictum eſt. Nunc audiamus Sirach: Difficile, inquit, exuitur negotians à negligentia, & non juſtificabitur caupo à peccatis labiorum. Nunc audi Eccleſiaſten: Verba, inquit, oris ſapientis gratia, & labia inſipientis præci-

præcipitabunt eum. Initium verborum ejus ſtultitia, & noviſſimum oris illius, error peſſimus. Non hic interim repeto, quot locis Paulus inſectatur ματαιολογίαν, quanta ſeveritate cohibet linguæ muliebris intemperantiam. Atque hæc quidem habentur vitia linguæ leviſſima, ſtulta garrulitas, incontinentia arcani. At levia videri non debent, quæ tot locis damnat ſcriptura divina, è quibus nos paucula duntaxat excerpſimus. Nam his vitiis, ut dictum eſt, adhæret vanitas. Quod in rebus divinis eſt pater ex ſe progignens filium, hoc in nobis eſt mens, fons cogitationum ac ſermonis: quod illic eſt filius naſcens à patre, hoc in nobis eſt oratio proficiſcens ab animo. Filius dictus eſt imago patris, adeo ſimilis, ut qui alterutrum norit, utrumque norit. Et in nobis animi ſpeculum eſt oratio, unde celebratur illud à Socrate dictum: Loquere ut te videam. Adductus erat adoleſcens elegante forma, ut ex aſpectu colligeret indolem. At ille non videbat adoleſcen-
tem

tem donec taceret, quod non tam in vultu quam in oratione reluceat animus. Medici non tantum è facie, verum etiam è lingua colligunt ſigna morbi. Certiſſima vero ſigna animi ſani aut ægri, ſunt in lingua, quæ mentis eſt facies. Rideantur mulierculæ quæ fucis pingunt faciem ſuam, ſed magis rideantur viri, ſi ſubinde ſumant aliam perſonam, & nunc ſenes, nunc juvenes, nunc rubicundi, nunc pallidi, nunc obeſi, nunc graciles, prodeant in forum. At iſtiuſmodi ſunt, quorum oratio diſſidet ab animo. Et hoc hiſtrionū genus nemo miratur, nullus explodit. Si juxta proverbium ſimilitudo gignit amorem, diſſimilitudo odium, nihil inviſius Deo, quā mendacium, cum ſit ipſa veritas. Proinde lingua quæ mentitur, ſatanæ veneno infecta eſt, & hinc pernicies, quemadmodum à veritate ſalus. Lingua, inquit Solomon, fallax, non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas. Veritas lux eſt, mendacium tenebræ ſunt. Horret lucem, quiſquis alie-

nus

nus eſt à veritate. Porro mentiendi conſuetudo facit, ut frequenter & imprudens mentiaris, non ſine gravi periculo, videlicet hoc eſt, quod adjecit: Et os lubricum operatur ruinas. Videas autem quoſdam uſque adeo aſſuetos mendacio, ut ipſi ſibi videantur vera dicere, etiam cum impudētiſſime mentiantur. Habet enim & in cæteris vitiis hoc malum aſſuefactio, ut poſteaquam morbus uſu velut in naturam tranſiit, non ſentiamus malum noſtrum, jamque palam & ſine cautione peccemus. Atque hinc ruinæ, non his tantum, qui mentiuntur, verum & aliis de quibus aut apud quos mentiuntur. Periculoſum malum eſt, ubi quis ex volubilitate linguæ proficit ad vanitatem: ſed longe periculoſius, ubi quis ex audacia mentiendi, profecit ad vanam garrulitatem. Proinde duo quædam ceu præcipua mala deprecatur, ſive Solomon, ſive alius quiſquam ſapiens Hebræus, veluti felix futurus ſi ea conſequatur ante mortem, linguæ vanitatem, & opulentiam, aut huic

huic contrariam egeſtatem. Vanitatem, inquit, & verba mendacia longe fac à me. Quin & alterum malum non ob aliud horret, niſi quod ad mentiendum invitat. Sic enim habet locus: mendicitatẽ & divitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo neceſſaria, ne forte ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis eſt Dominus: aut egeſtate compulſus furer, & peierem nomen Dei mei. Nullum autem ſceleratius mendacii genus, quam negare Deum, quod affirmabant Stoici, nec multum diſſentiunt Peripatetici, ſed hoc quoque ſceleratius eſt fateri, Deum eſſe, nec illi curæ eſſe res mortalium, aut certe favere vitiis hominum. Id nonne ſentire videtur, quiſquis audet per illius nomen peierare? Divitiæ quidem abunde ſunt infames, vel ipſa rerum experientia, quod doceant Dei neglectum, præſertim ſi quis vitam inſpiciat quorundam hujus orbis monarcharum, quos vulgus propemodum pro diis habet. Sed qua fronte tuentur ſeſe, qui mendicitatem

rem accerſunt, & non ſolum id quod habent, ſi quid habent, abjiciunt, verum etiam otioſæ mendicitati ſemet aſtringunt, cum ipſe Paulus nocturnis operis pararit ſibi victum, & his qui venabantur ex alieno vivere detrectantes laborem, præceperit, ut manuum labore ſibi pararent non ſolum unde poſſent ipſi vivere, non gravatis aliis, verum etiam unde liceret aliis egeſtate gravatis opitulari. Tametſi non eſt diſſimulandum mediocritatem fortunæ, magis in animo poſſidentis ſitam eſſe, quam in modo facultatum. Talis erat ille Paulus vas electum Chriſto, literis omnium prædicatus, ſed hic electus à Chriſto, laudatus à laudatiſſimis, nullum invenit imitatorem. Verus paſtor erat Chriſtus, verus imitator Chriſti fuit Paulus, quemadmodum ipſe non veretur dicere: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Ieſu Chriſti. Itaque mendaces apoſtolos, & Pauli diſſimillimos, non poteſt non odiſſe Deus, undiquaque verax. Etenim ſi diſplicent illi, qui mentiendo pro-

ſunt

ſcientia Dei, quæ ſapientia juxta Iacobi doctrinam proficiſcitur è ſublimi, neſcia contentionis & amarulentiæ, ſed caſta, pacifica, modeſta, tractabilis, plena miſericordia & fructibus bonis, nihil hæſitans, vacans omni fuco. Falſorum quidem non eſt ſcientia, nec habet Dei ſcientiam, niſi qui credit ſacris literis: has nemo vel intelligit vel credit, niſi quem afflaverit ſpiritus ille cœleſtis. Abſque his per ſatanæ ſpiritum inundat maledictio: dum jurgiis & convitiis inceſſimus errata proximorum, quæ manſueta fraternaque monitione ſanare debueramus. Ab hoc gradu devenitur ad ſceleratius mendacium, dum falſis etiam criminibus proximum vocamus in periculum. A calumnia properatur ad homicidium, furtum, & adulterium. Quam multis vitam eripit calumnia? quam multos exuit avitis bonis delatio? Et furtum oritur ex mendacio, junctum homicidio. Quid ſupereſt? adulteriũ. Graviſſimum eſt adulterare conjugẽ alterius, ſed multo gravius adul-

terare

plorandum divortium. Faſtidit hunc adulterum averſantem veritatem & adhærentem falſitati Dominus in euangelio. Sponſus enim erat, & ſponſam quærebat ſimplicem, caſtam ac fidam, non habentem maculam, neque rugam. O natio, inquit, prava & adultera quouſque vobiſcum ero? quamdiu vos patiar? Talis & hodie videtur Iudæorum natio. Non agnoſcit ſponſum, ſed quem abnegavit mendacio, ſubſtulit homicidio. Nec ceſſat illi ſuffurari ſuas oves, quas redemit ſuo ſanguine: nec deſinit illum in ſuis ſynagogis inceſſere blaſphemiis, ad cujus nomen flectit genu, quicquid in cœlis, quicquid in terris, quicquid apud inferos. Quam deteſtatur, quam abominatur hoc divortium Paulus, in his quos abductos à jugo diaboli deſponderat Chriſto? Deſpondi, inquit, vos uni viro, ut virginem caſtam exhiberetis Chriſto, ſed vereor ne qua fiat, ut quemadmodum ſerpens aſtutia ſua ſeduxit Evam, ita corrumpantur animi veſtri à ſimplicitate quæ eſt in Chriſto Ieſu.

Nec

Nec diſſimulat unde metuat hoc adulterium, videlicet non aliunde, quam ex corrupta doctrina. Nam iſtiuſmodi, inquit, pſeudapoſtoli, operarii doloſi ſunt, ſumpta perſona Apoſtolorum Chriſti: Atque haud mirum, quandoquidem ipſe ſatanas transfigurat ſe in angelum lucis. Quis igitur fuit ille primus auctor adulterii? Serpens ille verſutus, qui dolo circumvenit Evam, abutens illius virginea ſimplicitate. Et per Evam corrupit virum, ut ſanguinem ſanguini iungeret. Quomodo circumvenit? Mendacio: Non moriemini, ſed eritis ſicut dii. Ipſe defecerat à veritate ſibi mentiens, ero ſimilis altiſſimo: moxque corruit, & invidit ſtantibus. Quoque videretur eſſe verax, Deum facit eſſe mendacem, qui dixerat: Quacunque die guſtaveritis ex hac arbore, morte moriemini. Quantam ſtragem, quantam homicidiorum effudit in orbem hoc funeſtũ mendacium? Sed hac de re nonnihil attingemus, cum ventum erit ad linguam calumniatricem. Unde fit, ut quoties

terare famam proximi. Qui ferro necat hominem, uni tantum eripit vitam, & alioqui morituro: qui facultates alterius convertit in fiſcũ principis, eodem furto multos jugulat; uxorem, liberos, ac familiam, quos ad famem aut laqueum adigit. Verum his omnibus videtur ſceleratius alienæ famæ conſtupratio. Tollitur vir bonus, ſed nomine proditoris aut hæretici. Scimus quoſdam in carcere jugulatos, & miris technis perſuaſum eſt populo, quod ſibi mortem conſciverint, & huius infamiæ hæreditas tranſmittitur ad uxorem ac liberos. O diluviũ infelix, quod nobis affundit mendaciũ, ſanguinẽ ſanguini miſcens, & impietatem ex impietate ſerens. Sic involvuntur quæcunque recedunt à ſynceritate Scripturæ divinæ. Rixantur, cum Paulus obſecret. Fucis agunt, & ceremoniis veram pietatem mentiuntur, quoque tueantur ſuam tyrannidem, nec ab homicidio temperant. Nam occidit & qui falſa docet, venenum porrigens antidoti vice, dumque Dei glo-
riam

riam ſibi vindicant, impium furtum committunt, dumque ſimplices animas, quas Chriſtus ſibi deſponſavit, alienant à Domino, ac ſatanæ tradunt illudendas ſceleratiſſimum perpetrant adulterium. Nam & hunc ſenſum nobis tradit allegoria prophetici ſermonis. Hoc nimirum eſt illud adulterium, quod toties in prophetarum libris deteſtatur, exprobrans ingrato populo ſuam munificentiam, & ingerens ſub oculos à qua dignitate, quo turpitudinis ſemetipſum dejecerit. Quin & Hieremias mendacium adulterio jungit. Et in prophetis Hieruſalem vidit ſimilitudinem adulterantium & iter mendacii. Ubi mendacium? Dicunt impiis ac blaſphemis, pax erit vobis. Omnibus qui ambulant in pravitate cordis ſui dixerunt: Non veniet ſuper vos malum. Ubi iam adulterium? Quoties populus corruptus falſis dogmatibus cauponantium & adulterantium ſanctam Scripturam, recedit à Deo ſalutari ſuo, ſubducit ſeſe ab eccleſiæ conſortio. O miſerum ac deploran-

terare famam proximi. Qui ferro necat hominem, uni tantum eripit vitam, & alioqui morituro: qui facultates alterius convertit in fiſcũ principis, eodem furto multos jugulat; uxorem, liberos, ac familiam, quos ad famem aut laqueum adigit. Verum his omnibus videtur ſceleratius alienæ famæ conſtupratio. Tollitur vir bonus, ſed nomine proditoris aut hæretici. Scimus quoſdam in carcere jugulatos, & miris technis perſuaſum eſt populo, quod ſibi mortem conſciverint, & huius infamiæ hæreditas tranſmittitur ad uxorem ac liberos. O diluviũ infelix, quod nobis affundit mendaciũ, ſanguinẽ ſanguini miſcens, & impietatem ex impietate ſerens. Sic involvuntur quæcunque recedunt à ſynceritate Scripturæ divinæ. Rixantur, cum Paulus obſecret. Fucis agunt, & ceremoniis veram pietatem mentiuntur, quoque tueantur ſuam tyrannidem, nec ab homicidio temperant. Nam occidit & qui falſa docet, venenum porrigens antidoti vice, dumque Dei gloriam

riam ſibi vindicant, impium furtum committunt, dumque ſimplices animas, quas Chriſtus ſibi deſponſavit, alienant à Domino, ac ſatanæ tradunt illudendas ſceleratiſſimum perpetrant adulterium. Nam & hunc ſenſum nobis tradit allegoria prophetici ſermonis. Hoc nimirum eſt illud adulterium, quod toties in prophetarum libris deteſtatur, exprobrans ingrato populo ſuam munificentiam, & ingerens ſub oculos à qua dignitate, quo turpitudinis ſemetipſum dejecerit. Quin & Hieremias mendacium adulterio jungit. Et in prophetis Hieruſalem vidit ſimilitudinem adulterantium & iter mendacii. **Ubi mendacium? Dicunt impiis ac blaſphemis, pax erit vobis. Omnibus qui ambulant in pravitate cordis ſui dixerunt: Non veniet ſuper vos malum. Ubi iam adulterium? Quoties populus corruptus falſis dogmatibus cauponantium & adulterantium ſanctam Scripturam, recedit à Deo ſalutari ſuo, ſubducit ſeſe ab eccleſiæ conſortio. O miſerum ac deploran-**

plorandum divortium. Faſtidit hunc adulterum averſantem veritatem & adhærentem falſitati Dominus in euangelio. Sponſus enim erat, & ſponſam quærebat ſimplicem, caſtam ac fidam, non habentem maculam, neque rugam. O natio, inquit, prava & adultera quouſque vobiſcum ero? quamdiu vos patiar? Talis & hodie videtur Iudæorum natio. Non agnoſcit ſponſum, ſed quem abnegavit mendacio, ſubſtulit homicidio. Nec ceſſat illi ſuffurari ſuas oves, quas redemit ſuo ſanguine: nec deſinit illum in ſuis ſynagogis inceſſere blaſphemiis, ad cujus nomen flectit genu, quicquid in cœlis, quicquid in terris, quicquid apud inferos. Quam deteſtatur, quam abominatur hoc divortium Paulus, in his quos abductos à jugo diaboli deſponderat Chriſto? Deſpondi, inquit, vos uni viro, ut virginem caſtam exhiberetis Chriſto, ſed vereor ne qua fiat, ut quemadmodum ſerpens aſtutia ſua ſeduxit Evam, ita corrumpantur animi veſtri à ſimplicitate quæ eſt in Chriſto Ieſu.

Nec diſſimulat unde metuat hoc adulterium, videlicet non aliunde, quam ex corrupta doctrina. Nam iſtiuſmodi, inquit, pſeudapoſtoli, operarii doloſi ſunt, ſumpta perſona Apoſtolorum Chriſti: Atque haud mirum, quandoquidem ipſe ſatanas transfigurat ſe in angelum lucis. Quis igitur fuit ille primus auctor adulterii? Serpens ille verſutus, qui dolo circumvenit Evam, abutens illius virginea ſimplicitate. Et per Evam corrupit virum, ut ſanguinem ſanguini iungeret. Quomodo circumvenit? Mendacio: Non moriemini, ſed eritis ſicut dii. Ipſe defecerat à veritate ſibi mentiens, ero ſimilis altiſſimo: moxque corruit, & invidit ſtantibus. Quoque videretur eſſe verax, Deum facit eſſe mendacem, qui dixerat: Quacunque die guſtaveritis ex hac arbore, morte moriemini. Quantam ſtragem, quantam homicidiorum effudit in orbem hoc funeſtũ mendacium? Sed hac de re nonnihil attingemus, cum ventum erit ad linguam calumniatricem. Unde fit, ut quoties

Deus hominum impietate provocatus parat ultionem, non alio magis organo ſoleat uti, quam linguæ mendacis. Etenim, quemadmodum apud Homerum Iupiter deſtinans Græcos efficere magna clade, mittit ad Agamemnonem οὖλον ὄνειρον, qui ſpem faceret Trojæ capiendæ, ita à Domino in libris regnorum mittitur ſpiritus mendax in ore prophetarum, qui conjiciat regem in calamitatem, quã illius impietas merebatur. Cæterum vehementer metuo, ne Deus alienatus à nobis ſceleribus noſtris frequenter talem ſpiritum immittat in ora præſulum ac theologorũ noſtrorum, quo depravatis interpretationibus cogant ipſam etiam divinam Scripturam mentiri, eam detorquentes non ad correctionem principum aut populi, ſed ad ipſorum compendium. Hinc ſtrages animarum, hinc miſeranda lues impiorum dogmatũ, quos ſanctus Iob vocat architectos mendaciorum, & cultores perverſorum dogmatum, hinc incendia diſſidiorum. Nullum autem mendacii genus exitia-

exitialius, quam ex Scriptura divinitus inſpirata, quæ fons eſt & regula veritatis æternæ. Ex hac contexímus mendaciorum centones. Hauſiſſe videntur hunc ſpiritum, & divini ventriloqui, arioli, aruſpices, augures, & aſtrologi, qui ſæpenumero vanis pollicitationibus, ſtultos principes & credulam plebem ad res novas concitant, non ſine gravi generis humani calamitate. Quoque fallant perniciofius ex aſtris & ex inſpectis manibus, aliis pollicentur victorias, aliis felix conjugium ac ſalubrem vitam, aliis ſummos honores, aliis opes Midæ. Nimirum hi ſunt de quibus ſcribit Hieremias: Docuerunt, inquit, linguam ſuam loqui mendacium, & ut inique facerent laboraverunt. Ars eſt igitur illis mentiri, & ſceleratam artem ſceleratior adjuvat & confirmat exercitatio. Nihil interim dicam de ſophiſtis, qui præſtigiis argutiarum imponunt incautis: feſtinat enim oratio. Nec hic ſuſcitabo famoſam juxta ac perplexā quæſtionem, an alicubi liceat homini

Chriſtiano mentiri. Illud auſim pronuntiare, quemadmodum frequenter prudentia eſt, ſilere aut diſſimulare quod verum eſt, ita decet, ut qui ſemel veritatis ſpiritum hauſerunt, eique dedere nomen qui veritas eſt, ab omni mendaciorum genere temperent. Quiſquis mētitur ſciens, perjurio proximus eſt: quiſquis autem peierat ſciens, blaſphemiæ vicinus eſt, quæ jam eſt extrema impietatis linea. Quo ne perveniatur, dominus Ieſus prohibuit in totum ne juraremus, neque per cœlum, neque per terram, neque per caput alterius. Nunc pro quamvis levi negotio exigitur jusjurandum, nec minore levitate peieratur. Apud ethnicos infamiæ notabantur qui per deos prophanos, aut Iovem lapidem juraſſent, apud Chriſtianos per Dei nomen peierare propemodū ludus eſt, adeo, ut pleroſque non pudeat impię conſuetudinis, per quam non poſſunt decem verba dicere, niſi miſceant jusjurandum, non obteſtantes anſerem, ſed mortem ac vulnera Chri-

Chriſti, ſed ventrem & calceos Dei, aliaque à quorum etiam commemoratione abhorreat religioſus animus. An iſti metuant peierare, ſi qua ſolicitet utilitas, cum citra ullam neceſſitatem aut commodi ſpem quotidie deierent? Exſibilatur in ethnicorum theatris impia vox, ἡ γλῶττ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος, id eſt, Iurata lingua eſt, animus injuratus eſt. Quin potius exploditur è vita Chriſtianorum? Ridetur in Plautinis fabulis leno periurus, linguam habens qui rem ſolveret omnibus, cur inter Chriſtianos in pretio ſunt qui idem faciunt quod leno? Olim in ludum vertebatur Venereum juſiurandum, nunc fere pro ludo ducitur omne juſiurandum ſolenne, veluti quod jurat princeps populo, quod in ſcholis profeſſionem ſeptem artium liberalium ſuſcipientes, non ſatis liberaliter jurant ex more potius quam ex animo. Quemadmodum in multiloquio difficillimum eſt vitare linguæ lapſum, ita qui crebro jurat, vix effugiet perjurium. Apud priſcos obtinebat olim

religioſa conſuetudo, ut pueri qui vellent jurare per Herculem, non ſinerentur id facere ſub tecto, ſed jubebātur ire ſub dium, ut vel hac mora diſcerent jurare parcius ac circumſpectius. Sic enim publicum morem interpretati ſunt viri ſapientes. Quidam addunt ipſum Herculem ad jusjurandum fuiſſe religioſiſſimum ac verecundiſſimū, adeo ut per omnem vitam, non niſi ſemel juraverit, idque ſoli Phyleo Augeæ filio. Hoc exemplum, ut poſteris cōmendaretur, ajunt Pythiam hoc jurisjurandi genus propoſuiſſe Lacedæmoniis, addens eſſe ſatius ſi citra jusjurandum affirmarent. Nos vel ad aras juramus per Chriſtum, non modo ſub tecto per Herculem. Apud Romanos nefas erat flamini Diali jurare. Hujuſce religionis varias reddunt cauſas, vel quod oporteat ſacerdotis & corpus & animum inviolatum eſſe, cum jusjurandum tormenti genus ſit, vel abſurdum ſit ei non habere fidem in rebus humanis, cui divina ſunt credita, vel quod ſolennis jurisjurandi clauſu-

clauſula ſit execratio: devoveo me, meamque familiam, ſi quid ſciens fefellero. Cæterum omnem execrationem quoniam triſtis ſit, & abominanda, non convenire flamini Diali, qui nec aliis malum imprecari ſolet: Unde non injuria laudata eſt illa ſacerdos Athenis, à qua cum populus flagitaret ut Alcibiadem exectaretur, reſpondit ſeſe in hoc ſacerdotium ſuſcepiſſe, ut omnibus precaretur bona, non ut cuiquam imprecaretur malum. Sunt qui hanc quoque conſuetudinis cauſſam afferant, quod cum perjurus velut impius inviſus ſit numini, & perjurii periculo vicinus eſt, quiſquis jurat, ne ſi homo impius quique deos habet iratos pro civitate vota ſuſcipiat, citius provocet iram numinum, quam favorem impetret. Hic fortaſſis obſtrepet aliquis: Quid nobis cum ethnicorum inſtitutis aut exemplis? Imo talibus exemplis velut efficaciſſimis, Dominus Ieſus percellere ſolet ſuæ gentis duritiam, ingerens illis Cananæam, centuriones, publicanos, peccato-

res, reginam Sabæ, Ninivitas, Tyrios ac Sidonios. Siquidem turpiſſimum fuerit Chriſtianis non audire vocem Domini Dei ſui, qui ne quando per occaſionẽ incidamus in perjurium tanta ſeveritate voluit nos in totum non jurare, cùm ethnici vel inſtinctu naturæ, vel ſuperſtitione moti verius quam religione caverint à jureiurando. Niſi forte putamus quenquam Chriſti ſanguine conſecratum magis eſſe prophanum, quam Romanis olim fuerit flamen Dialis. Atqui nobis primum decalogi præceptum eſt profiteri Deum eſſe, & unum eſſe omnibus communem, rerum omnium conditorem ac moderatorem, in cuius bonitate tota nobis ſalutis ſpes ſit collocanda. Proximum huic eſt ne ſacroſancto illius nomine abutamur ad fallendum proximum. Deus enim non irridetur. Solus Deus verax eſt, unde tuto iurat ille per ſemetipſum, cuius voluntas eſt immutabilis, & cui in promptu eſt pręſtare quicquid promiſit. Omnis autem homo mendax, cuius animus

mutatur

mutatur in horas, & ſi non mutetur animus, tamen frequenter non eſt nobis in manu præſtare quod recepimus. An non igitur perjurii periculo ſemet exponit, qui jurat homo? Proinde Dominus jubet noſtrum ſermonem conſiſtere, intra voces has, Eſt, eſt: non, non. At divus Iacobus ne hoc quidem arbitratur ſatis tutum, ſed monet, ut quoties pollicemur nos aliquid facturos, addamus ſi vixerimus: & ſi Deus voluerit. Has quidem conditiones etiam ſi non explicentur, tamē in omni ſermone Chriſtianorum oportet eſſe comprehenſas. Ab hac pollicēdi religione quantum abeſt iſtorum lingua, qui non verentur dicere: Sanabo te invito Deo pariter ac Diabolo. Exhorreſcitis manifeſtam blaſphemiam. Ne placeat igitur jurandi temeritas, unde naſcitur blaſphemia. Si fructum abominamini veluti lethiferum, radicem incidite. Blaſphemia Græcis idem ſonat, quod Latinis convitium, aut maledictum. Eſt paraſitorum ac ſcurrarum genus, quod ob conviciatri-

cem linguam formidatur à probis viris. Atque utinam ipſa res tam eſſet execrabilis mortalibus, quam inviſum eſt paraſiti ſcurræque vocabulũ. Tanta autem vis eſt hujus morbi, ut ne ab iis quidem laceſſendis temperetur, quibus in manu eſt ſi velint τῷ ξίφει ἀντιμυκτηρίσαι. Hujus ſunt gradus ac genera, & paulatim à levioribus proficitur ad id, quod eſt omniũ graviſſimum. Primum enim nobis permittimus, ut in ſervos aut ancillas conviciis debacchemur. Mox eadem procacia utimur in uxorem, liberos, aut amicos, hac aſſuetudine tandem redditur lingua, quælibet in quemvis convitia dicere prompta, quod de ſcurra prædicavit Flaccus. Ab his initiis ſumpta audacia, lingua vibratur in principes ac ſacerdotes, nec voces denique continet per jugulum redituras, cum recte moneat ſapiens Eccleſiaſtes: In mente tua regi ne maledixeris, & in ſecreto cubilis tui ne maledixeris diviti, quia volucres cœli auferent vocem tuam, & habens pennas annuntiabit verbum.

Habet

Habet & cor linguam ſuam, videlicet cogitationem, qua homo loquitur ſibi. Qui tutus vult eſſe, hanc linguam in primis cohibeat, ne maledictum corde conceptum aliquo caſu, vel ira, vel vino, vel provocatione ſuffundatur in linguam, & redeat per jugulum. Apud Hieremiam indignatur dominus his qui convitia jaciebant in montes Iſrael: Audivi, inquit, univerſa opprobria tua, quæ locutus es de montibus Iſrael, dicẽs: Deſerti nobis dati ſunt ad devorandum, & inſurrexiſtis ſuper me ore veſtro, & derogaſtis adverſum me, verba veſtra ego audivi. Habet Iſraël, hoc eſt, eccleſia montes ſuos, habet & mundus hic ſuos montes, illos erigit in cœlum rerum humilium contemptus, hos animi tumor extollit ſupra omne quod dicitur aut colitur Deus. Sunt enim montes Gelboë deteſtabiles, ſuper quos nec ros nec pluvia gratiæ cœleſtis deſcendit. Sunt rurſum montes & colles, qui promiſſæ ſalutis, ſpe alacres, exultant ut arietes, & geſtiunt ut agni ovium,

laudantes Dominum de cœlis, neſcientes cuiquam maledicere, ſed pro maledictis referētes benedicta. Quoties igitur auditis homines Platone, Ariſtotele, & Averroë turgidos, Moſem appellare magum, prophetas ſomniatores, Apoſtolos ruſticos & idiotas, agnoſcite vocem impiorum montium, blaſphemias ejaculantium in montes Iſrael. Quicquid autem in hos dicitur, qui ſpiritu Chriſti fuerunt afflati, in Chriſtum ipſum dicitur. An, inquit Paulus, experimentum quæritis, loquentis in me Chriſti? Eoque ſubjicit apud prophetam: Et inſurrexiſtis ſuper me ore veſtro. Poſtremo quiſquis audet contemnere divinæ ſcripturæ auctoritatem, in quâ velut in altiſſimo monte nobis relucet æterna veritas, & unde nobis prorumpunt cœleſtium oraculorum tonitrua: mons eſt execrabilis, & montibus Iſrael maledicit, eademque opera maledicit Deo, qui tales montes inhabitat. Eſt & illud rectum blaſphemiæ genus, divinam ſcripturam, cum auctoritatem illius non auſis

ſis refellere, ſubdola interpretatione detorquere ad tuos affectus. Non eſt ei neganda venia, qui in exponendis divinis literis errore ſimplici labitur: Cæterum qui idem facit aſtuta malitia, & malitioſa áſtutia, non abeſt à crimine blaſphemiæ. A ſacris eccleſiæ doctoribus, quorum auctoritatem veneratur eccleſiæ conſenſus, quorumque memoriam habet ſacroſanctam, alicubi diſſentire, tam vitio dandum non eſt, quam impium eſſet, ſi quis illorum auctoritatem velit æquare canonicis vóluminibus: cæterum in Chryſoſtomum, in Auguſtinum, in Hieronymum, procaciter inſultare, non multum abeſt à blaſphemia. Conſimiliter de conſtitutionibus húmanis addubitare modeſte, tam impium non eſt, quam impium eſſet, hominum conſtitutiones æquare præceptis Dei. Verum omnes omnium hominum conſtitutiones pro ſua quemque libidine ridere, conſpuere, deteſtari, non video quantum abſit à blaſphemia. Idem arbitror ſentiendum de conci-
liorum

illorum decretis, præſertim ſi conſenſus populi Chriſtum profitentis acceſſerit. Iam ſi prophanis principibus maledicere tutum eſſet, tamen pium non eſſet, quod id quoque vetuerit Dominus. Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt: & omnis publica poteſtas à Deo eſt. Hoc ordine luxato, quid ſequitur niſi rerum omnium confuſio? Dominus in Exodo præcipit: Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices. Atque hoc præceptum agnoſcit Paulus in actis Apoſtolorum, ne quis cauſetur per euangelium abrogatum. Imo jubet ut uxor Chriſtiana morigera ſit viro ethnico, ſi modo ipſe non ſit auctor divortii: jubet ut ſervus Chriſtianus obſervet dominum idololatrā: jubet ut omnes ſubditi ſint præpoſitis ſuis, non ſolum bonis ac māſuetis, verum etiam aſperis ac moroſis: jubet publicis magiſtratibus pendi tributum, pendi vectigal, perſolvi honorem. Obſecrat ut offerant Deo vota, pro regibus ac præſidibus, ut ſub illis contingat tranquillus rerum ſtatus.

At qui hæc præcipit docetque, non videtur probaturus linguam procacem, quæ potentes non ſanat, ſed atrociorem exacerbat tyrannidem. Et qui tales vult eſſe Chriſtianos erga præfectos idololatras, quid dicturus ſit de nobis, ſi petulanter convitiis ac ſeditioſis clamoribus debacchemur in principes Chriſtianos, atque etiam ſacerdotes? Qui ſi boni ſunt, honorem promerentur non convitia: ſin mediocres adjuvandi ſunt ut proficiant: ſin mali quidem ſunt, ſed ſanabiles, moderatis admonitionibus, & ſecretis ac blandis hortatibus corrigendi ſunt: ſin intolerabiles ac deplorati, aut tolerandi ſunt, donec Deus exaudito populi ſui clamore, ſuo more puniat illos, aut civitatum & ſenatuum conſenſu, cohibenda eſt illorum impotentia: ſed interim cavendum, ne remedia ſint graviora morbo, & tyrannis vertatur in anarchiam ac tumultum: perinde quaſi lethargus pharmacis depulſus vertatur in phreneſin, aut podagra, iliumve dolor vertatur in apoplexiã.
Eſt

illorum decretis, præſertim ſi conſenſus populi Chriſtum profitentis acceſſerit. Iam ſi prophanis principibus maledicere tutum eſſet, tamen pium non eſſet, quod id quoque vetuerit Dominus. Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt: & omnis publica poteſtas à Deo eſt. Hoc ordine luxato, quid ſequitur niſi rerum omnium confuſio? Dominus in Exodo præcipit: Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices. Atque hoc præceptum agnoſcit Paulus in actis Apoſtolorum, ne quis cauſetur per euangelium abrogatum. Imo jubet ut uxor Chriſtiana morigera ſit viro ethnico, ſi modo ipſe non ſit auctor divortii: jubet ut ſervus Chriſtianus obſervet dominum idololatrã: jubet ut omnes ſubditi ſint præpoſitis ſuis, non ſolum bonis ac mãſuetis, verum etiam aſperis ac moroſis: jubet publicis magiſtratibus pendi tributum, pendi vectigal, perſolvi honorem. Obſecrat ut offerant Deo vota, pro regibus ac præſidibus, ut ſub illis contingat tranquillus rerum ſtatus.

At

At qui hæc præcipit docetque, non videtur probaturus linguam procacem, quæ potentes non ſanat, ſed atrociorem exacerbat tyrannidem. Et qui tales vult eſſe Chriſtianos erga præfectos idololatras, quid dicturus ſit de nobis, ſi petulanter convitiis ac ſeditioſis clamoribus debacchemur in principes Chriſtianos, atque etiam ſacerdotes? Qui ſi boni ſunt, honorem promerentur non convitia: ſin mediocres adjuvandi ſunt ut proficiant: ſin mali quidem ſunt, ſed ſanabiles, moderatis admonitionibus, & ſecretis ac blandis hortatibus corrigendi ſunt: ſin intolerabiles ac deplorati, aut tolérandi ſunt, donec Deus exaudito populi ſui clamore, ſuo more puniat illos, aut civitatum & ſenatuum conſenſu, cohibenda eſt illorum impotentia: ſed interim cavendum, ne remedia ſint graviora morbo, & tyrannis vertatur in anarchiam ac tumultum: perinde quaſi lethargus pharmacis depulſus vertatur in phreneſin, aut podagra, iliumve dolor vertatur in apoplexiã.

Eſt

illorum decretis, præſertim ſi conſenſus populi Chriſtum profitentis acceſſerit. Iam ſi prophanis principibus maledicere tutum eſſet, tamen pium non eſſet, quod id quoque vetuerit Dominus. Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt: & omnis publica poteſtas à Deo eſt. Hoc ordine luxato, quid ſequitur niſi rerum omnium confuſio? Dominus in Exodo præcipit: Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices. Atque hoc præceptum agnoſcit Paulus in actis Apoſtolorum, ne quis cauſetur per euangelium abrogatum. Imo jubet ut uxor Chriſtiana morigera ſit viro ethnico, ſi modo ipſe non ſit auctor divortii: jubet ut ſervus Chriſtianus obſervet dominum idololatrã: jubet ut omnes ſubditi ſint præpoſitis ſuis, non ſolum bonis ac mãſuetis, verum etiam aſperis ac moroſis: jubet publicis magiſtratibus pendi tributum, pendi vectigal, perſolvi honorem. Obſecrat ut offerant Deo vota, pro regibus ac præſidibus, ut ſub illis contingat tranquillus rerum ſtatus.

At qui hæc præcipit docetque, non videtur probaturus linguam procacem, quæ potentes non ſanat, ſed atrociorem exacerbat tyrannidem. Et qui tales vult eſſe Chriſtianos erga præfectos idololatras, quid dicturus ſit de nobis, ſi petulanter conviciis ac ſeditioſis clamoribus debacchemur in principes Chriſtianos, atque etiam ſacerdotes? Qui ſi boni ſunt, honorem promerentur non convitia: ſin mediocres adjuvandi ſunt ut proficiant: ſin mali quidem ſunt, ſed ſanabiles, moderatis admonitionibus, & ſecretis ac blandis hortatibus corrigendi ſunt: ſin intolerabiles ac deplorati, aut tolerandi ſunt, donec Deus exaudito populi ſui clamore, ſuo more puniat illos, aut civitatum & ſenatuum conſenſu, cohibenda eſt illorum impotentia: ſed interim cavendum, ne remedia ſint graviora morbo, & tyrannis vertatur in anarchiam ac tumultum: perinde quaſi lethargus pharmacis depulſus vertatur in phreneſin, aut podagra, iliumve dolor vertatur in apoplexiā.

Eſt

illorum decretis, præſertim ſi conſenſus populi Chriſtum profitentis acceſſerit. Iam ſi prophanis principibus maledicere tutum eſſet, tamen pium non eſſet, quod id quoque vetuerit Dominus. Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt: & omnis publica poteſtas à Deo eſt. Hoc ordine luxato, quid ſequitur niſi rerum omnium confuſio? Dominus in Exodo præcipit: Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices. Atque hoc præceptum agnoſcit Paulus in actis Apoſtolorum, ne quis cauſetur per euangelium abrogatum. Imo jubet ut uxor Chriſtiana morigera ſit viro ethnico, ſi modo ipſe non ſit auctor divortii: jubet ut ſervus Chriſtianus obſervet dominum idololatrã: jubet ut omnes ſubditi ſint præpoſitis ſuis, non ſolum bonis ac mãſuetis, verum etiam aſperis ac moroſis: jubet publicis magiſtratibus pendi tributum, pendi vectigal, perſolvi honorem. Obſecrat ut offerant Deo vota, pro regibus ac præſidibus, ut ſub illis contingat tranquillus rerum ſtatus.

At

At qui hæc præcipit docetque, non videtur probaturus linguam procacem, quæ potentes non ſanat, ſed atrociorem exacerbat tyrannidem. Et qui tales vult eſſe Chriſtianos erga præfectos idololatras, quid dicturus ſit de nobis, ſi petulanter conviciis ac ſeditioſis clamoribus debacchemur in principes Chriſtianos, atque etiam ſacerdotes? Qui ſi boni ſunt, honorem promerentur non convitia: ſin mediocres adjuvandi ſunt ut proficiant: ſin mali quidem ſunt, ſed ſanabiles, moderatis admonitionibus, & ſecretis ac blandis hortatibus corrigendi ſunt: ſin intolerabiles ac deplorati, aut tolerandi ſunt, donec Deus exaudito populi ſui clamore, ſuo more puniat illos, aut civitatum & ſenatuum conſenſu, cohibenda eſt illorum impotentia: ſed interim cavendum, ne remedia ſint graviora morbo, & tyrannis vertatur in anarchiam ac tumultum: perinde quaſi lethargus pharmacis depulſus vertatur in phreneſin, aut podagra, iliumve dolor vertatur in apoplexiã.
Eſt

At qui hæc præcipit docetque, non videtur probaturus linguam procacem, quæ potentes non ſanat, ſed atrociorem exacerbat tyrannidem. Et qui tales vult eſſe Chriſtianos erga præfectos idololatras, quid dicturus ſit de nobis, ſi petulanter conviciis ac ſeditioſis clamoribus debacchemur in principes Chriſtianos, atque etiam ſacerdotes? Qui ſi boni ſunt, honorem promerentur non convitia: ſin mediocres adjuvandi ſunt ut proficiant: ſin mali quidem ſunt, ſed ſanabiles, moderatis admonitionibus, & ſecretis ac blandis hortatibus corrigendi ſunt: ſin intolerabiles ac deplorati, aut tolerandi ſunt, donec Deus exaudito populi ſui clamore, ſuo more puniat illos, aut civitatum & ſenatuum conſenſu, cohibenda eſt illorum impotentia: ſed interim cavendum, ne remedia ſint graviora morbo, & tyrannis vertatur in anarchiam ac tumultum: perinde quaſi lethargus pharmacis depulſus vertatur in phreneſin, aut podagra, iliumve dolor vertatur in apoplexiã.
Eſt

Eſt interim & malis principibus ſuus deferendus honos, ne populus aſſueſcat & bonis oppedere. Cæterũ Chriſtianum non eſt malum malo propellere, etiamſi Deus nonnunquam impios punit per impios, malo nodo malum adhibens cuneum. Quin & Petrus apoſtolici ſenatus princeps in epiſtola poſteriore, vehementer condamnat eos qui ſpernunt publica præditos auctoritate, quique viros dignitate præcellentes non verentur conviciis inceſſere. Nec à Petro diſſonat Iudas, quem ſic æmulatur non ſolum ſententiis, verum etiam ipſo dictionis filo, ut alter Petrus eſſe videatur. Nam & hic ſtomachatur in eos, qui pro ſua libidine ſpernunt dominos ſuos, & maledicta cõgerunt in eos qui publica funguntur dignitate. Nec enim iſti ideo oderunt principes ac magiſtratus, quod impii ſint, ſed quod per illos non liceat cuivis facere quod libet. Non enim ſine cauſa gladium portant. Evenit igitur inconditæ multitudini, quod evenire ſolet equis præferocibus, qui poſteaquam

quam excuſſerunt ſeſſorem, ſeipſos denique in præcipitium aut in foveam agunt. Periculoſum eſt uni ſummam rerum concredere, & populus nihil aliud quam tumultuatur. Iuſtiſſimum igitur eſt, ut quemadmodum elementa ſeſe mutua libratura coërcent continentque, ſic poteſtas regum, reverentia pontificum, auctoritas conciliorum, ſenatuum, ac primariarum civitatum, populique conſenſus, ita ſeſe viciſſim temperent librentque, ut res nec in tumultum exeat, nec in tyrannidem. Solet enim alterum malum ex altero naſci, videlicet dum tyrannis vertitur in anarchiam: & anarchia dum compeſcitur gignit tyrannidem. Itaque qui maledicit poteſtati quam Deus ordinavit, Deo maledicit. Quēadmodum qui præfectum Cæſaris violat, Cæſarem violat. Dicam amplius, quiſquis homini Chriſtiano maledicit, Chriſto maledicit: ut enim ille viſitur ac refocillatur in membris ſuis, ita lęditur & ignominia afficitur in membris ſuis. Qui ſacerdotem exe-

ecra-

execratur, non ob aliud niſi quod ſacerdos eſt, qui Epiſcopum aſpernatur, non ob aliud niſi quod Epiſcopus eſt, qui Chriſtianum deſpicit, non ob aliud niſi quia Chriſtanus eſt, nonne palam Chriſtum afficit ignominia? Ab his igitur blaſphemiis quæ latent, proficitur ad extremum blaſphemiæ gradum. Fons autem omnium idem eſt. Ut enim qui ſeſe carnis affectibus manciparunt, ideo deteſtantur principes ac magiſtratus, quod per eos nō liceat impune quicquid libet, ſic impii Deum oderunt, quod ſit inevitabilis ultor malefactorum. Et ideo quo ſuis pravis cupiditatibus utcunque blandiantur, aut negant eſſe ullum Deum, aut alium Deum ſibi fingũt: aut negãt Deo curæ eſſe res mortaliũ, ſed omnia vel fato vel caſu ferri. Vis audire Stoicam aut Averroicam blaſphemiam? Auſculta quid dicat Pſalmus: Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Nunc mihi vide blaſphemiæ fontem: Omnes abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis, non eſt qui faciat bonum, non

eſt

eſt uſque ad unum. Perſuadent ſibi mendacium, blandientes vitiis ſuis, quibus fruſtra pollicentur impunitatem, ſed mentitur iniquitas ſibi. Neque minus peccant qui negant Deum eſſe juſtum, quam qui negant eſſe Deum. Iuſtus autem non ſit, ſi nec piis rependat præmium, nec impios ulciſcatur. Talibus indignatur apud Malachiam: Dixiſtis, vanus eſt qui ſervit Deo: & quod emolumentum, quia cuſtodivimus præcepta ejus, & quia ambulavimus triſtes coram Domino exercituum? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes, ſiquidem ædificati ſunt facientes impietatem, & tentaverunt Deum, & ſalvi facti ſunt. Audiamus nunc blaſphemiam omnium maxime execrabilem: cum populus Iſraëliticus abhorrens à legibus Dei, feciſſet ſibi vitulum conflatilem, acclamabant: Hi ſunt dii tui Iſraël, qui te eduxerunt è terra Ægypti. Quæ potuit eſſe major in Deum blaſphemia, quam qui potentia, magnitudine, ſapientia, bonitate, ſuperat omnem humanam & angelicam

gelicam cogitationem, poſthaberi bruto animanti? Sed indignius etiam quod mortuo ſimulacro. Gentes dæmonia malunt colere quam verum Deum: quod hic deteſtatur omnem turpitudinem, illi favent vitiis, & alunt pravas cupiditates, nec offenduntur, cum in ludis ac fabulis tales inducuntur, qualem nemo vir bonus vellet eſſe ſuum filium, aut uxorem, atque adeo ne famulum quidem. Tales dii placent, quia ſub talibus licet, ut putant, impune ſcortari, mœchari, fallere, furari, occupare tyrannidem, movere ſeditionem, quemadmodum Iupiter exacto & execto patre, regnum occupaſſe fingitur, & quemadmodum reliqui dii, ſeditione mota, Iovem cum ſuis fautoribus expulerunt. Fortaſſis hoc blaſphemiæ genus non temere nunc reperias inter Chriſtianos, quanquã hoc ipſum prodigioſum eſt reperiri. Reperitur enim omnino, nec eam linguæ veniam vel ſanare vel coërcere poteſt tanta legum ſeveritas. Verum eſt aliud blaſphemiæ genus, aliquanto

quidem

quidem tectius, ſed haud ita multo minus pernicioſam, quoties populus, adulans ſuis principibus defert eis honores divinos, & principes hoc honoris libenter amplectuntur. Itaque fit interdum ut princeps pro civibus & conſiliariis habeat palpones & irriſores, populus vice principum habeat dementes tyrannos, & utrinque blaſphemia provocatur Deus. Eſt & aliud blaſphemiæ genus, non hoc quidem multo tectius, ſed adeo vulgatum, ut non habeatur pro blaſphemia. Si blaſphemia eſt, qui dicit ſtatuæ Iovis: Serva me, non eſt blaſphemia, cum avarus dicit arcæ differtæ nummis, Serva me, alioqui pereo? Si blaſphemus eſt qui Iovi thure gratias agit pro incolumitate, pro divitiis, pro regno, & blaſphemus non eſt, qui pecuniæ per fas nefaſque partæ felicitatem omnẽ ſuam refert acceptam? qui pro ea multo pertinacius depugnat, quam quiſquam unquam depugnavit pro aris ac focis? Ea perdita ſe clamitat infelicem, & fugit ad laqueum? Videatur hoc

dicunt Deo : Sanctificetur nomen tuum , impie vivendo pollunt ſanctum nomen Domini. Iam inter conviciatricem linguam & adulatricem ſeu obtrectatricem aut calumniatricem, nihil intereſt, niſi quod intereſt inter eum qui gladio palam adortus iugulat, & eum qui per inſidias aut veneno tollit hominem. Clamat Simei furens in David : Egredere egredere vir ſanguinum , & vir Belial, videlicet hæc eſt linguæ rabies, de qua ſcribit Oſee: Cadent in gladio principes eorum,à furore linguæ ſuæ. Quid hac lingua crudelius, quæ calamitatibus vallatum inceſſit dictis atrocibus, perinde quaſi quis hominem collapſum, quem ſublevare debebat, ultro ſaxis impetat. Tales habebat Iob conſolatores, qui pro lenimentis dolorum , obiurgatione duplicabant ægritudinem. Neque minima malorum pars erat uxoris lingua: Adhuc permanes in ſimplicitate tua? Benedic Deo & morere. Nec prius ſacer ille Tobias erupit in lachrymas, quam ictus uxoris lingua : Manifeſte

nifeſte vana facta eſt ſpes tua, & eleemoſynæ tuæ modo apparuerũt. Quin & ipſe Dominus princeps noſter, in cruce crudeliſſime confoſſus clavis ac ſpinis, crudelius etiam confoditur conviciis: Deſcendat nunc de cruce, Vah qui deſtruit templum Dei. Dixit filius Dei ſum, liberet eum nunc ſi vult eum. Quæ ſpicula quamlibet veneno tincta poſſint eſſe graviora, quã linguæ procacis jacula? Proinde veluti rara quædã felicitas promittitur ſancto Iob: A flagello linguæ abſconderis, & non timebis calamitatem cum venerit. Ab hoc vitio cum primis vult epiſcopum abeſſe Paulus cum ait: Non percuſſorem, Græce πλήκτlω. Multis enim abſque vulnere corporis violenta lingua ſubitã mortem attulit. Nec deſunt, qui in hoc vibrant linguas in fratrem, ut occidant. Ad hanc claſſem pertinent, qui quãlibet levi de cauſa rixas movent, ac vel de lana caprina ſuſcitant tragœdias. Rixantur paſtores Geraræ adverſus paſtores Iſaac: Noſtra eſt aqua, unde & puteo nomen inditum

hoc impudenter à me dictum, niſi Paulus ſcribens Epheſiis, veritus non eſt avaritiã vocare idololatriam, hoc eſt, ſimulacrorum cultum: nihil enim refert rem impiam Græce dicas an Latine, niſi quod Græca vox etiam apud Latinos magis eſt infamis, quã vernacula. Idem ſcribens Philippenſibus ſignificat eſſe quoſdam, qui ventrem habeant pro Deo. Et ipſe Dominus in Euangelio Mammonam opponit Deo, velut alterum Deum, cui ſerviunt ac ſacrificant ii, qui pluris faciunt pecuniam quam Deum. Rurſum Paulus ſcribens Corinthiis, declarat non ventrem tantũ & Mammonam eſſe Deum quibuſdam, ſed alios multos eſſe Deos. Nam etſi ſunt, inquit, qui dicuntur dii, ſive in cœlo, ſive in terra, ſiquidem ſunt dii multi, nobis tamen unus eſt Deus pater, ex quo omnia, & nos in illo, & unus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum. Quicquid igitur prætuleris Dei præceptis, hoc tibi Deum facis ac dominum. Scortator Venerem habet pro Deo,
luxui

luxui gulæque ſerviens Comum habet pro Deo, ebrioſus Bacchum colit pro Deo. Non mactat illis pecudem, ſed ſeipſum illis pecudem facit ac ſacrificat. Non incendit illis thura, ſed obſcœnæ famæ ſuffitum adolet gratiſſimum dæmonibus talium turpitudinum auctoribus. Qui gloriatur in turpibus factis, hymnos canit Deo ſuo plenos blaſphemiæ in Deum verum. Vos igitur appello Chriſtiani, ſi exhorreſcitis, quoties auditis aut legitis impiorũ blaſphemias in Deum, mementote vitam omnium qui gulæ, qui libidini, qui livori, qui ambitioni, qui divitiis ſerviunt, plenam eſſe blaſphemiæ, quæ quidem hoc ipſo contumeliæ plus habet, quod ab his proficiſcitur, qui veri Dei nomen profitentur, quẽadmodum expoſtulat apud Ezechielem Dominus, quod nomen ipſius polluatur inter gentes ob impiam vitam populi nomen Dei titulo profitentis, factis autem negantis, cum dicitur, Populus Dei iſte eſt. Quam vero non congruit, ut qui quotidiæ dicunt

dicunt Deo : Sanctificetur nomen tuum , impie vivendo pollunt ſanctum nomen Domini. Iam inter conviciatricem linguam & adulatricem ſeu obtrectatricem aut calumniatricem, nihil intereſt, niſi quod intereſt inter eum qui gladio palam adortus iugulat, & eum qui per inſidias aut veneno tollit hominem. Clamat Simei furens in David: Egredere egredere vir ſanguinum, & vir Belial, videlicet hæc eſt linguæ rabies, de qua ſcribit Oſee: Cadent in gladio principes eorum, à furore linguæ ſuæ. Quid hac lingua crudelius, quæ calamitatibus vallatum inceſſit dictis atrocibus, perinde quaſi quis hominem collapſum, quem ſublevare debebat, ultro ſaxis impetat. Tales habebat Iob conſolatores, qui pro lenimentis dolorum , obiurgatione duplicabant ægritudinem. Neque minima malorum pars erat uxoris lingua: Adhuc permanes in ſimplicitate tua? Benedic Deo & morere. Nec prius ſacer ille Tobias erupit in lachrymas, quam ictus uxoris lingua: Manifeſte

niſeſte vana facta eſt ſpes tua, & eleemoſynæ tuæ modo apparuerũt. Quin & ipſe Dominus princeps noſter, in cruce crudeliſſime confoſſus clavis ac ſpinis, crudelius etiam confoditur conviciis: Deſcendat nunc de cruce, Vah qui deſtruit templum Dei. Dixit filius Dei ſum, liberet eum nunc ſi vult eum. Quæ ſpicula quamlibet veneno tincta poſſint eſſe graviora, quã linguæ procacis jacula? Proinde veluti rara quædã felicitas promittitur ſancto Iob: A flagello linguæ abſconderis, & non timebis calamitatem cum venerit. Ab hoc vitio cum primis vult epiſcopum abeſſe Paulus cum ait: Non percuſſorem, Græce πλήκτην. Multis enim abſque vulnere corporis violenta lingua ſubitã mortem attulit. Nec deſunt, qui in hoc vibrant linguas in fratrem, ut occidant. Ad hanc claſſem pertinent, qui quãlibet levi de cauſa rixas movent, ac vel de lana caprina ſuſcitant tragœdias. Rixantur paſtores Geraræ adverſus paſtores Iſaac: Noſtra eſt aqua, unde & puteo nomen inditum

Calumnia. Quam plena puteis huiuſmodi nunc eſt Chriſtianorum vita? Qui contractus eſt, quæ poſſeſſio, quod teſtamentum, quod ſacerdotium, quod munus publicum aut privatum, unde non ſcatent lites & jurgia? Totius contubernii jucunditatem contaminat lingua rixoſa. Melius eſt, inquit ſapiens, ſedere in angulo domatis, quam cum muliere rixoſa, & in domo communi. Idem alibi dicit: Dolor patris filius ſtultus, & tecta jugiter perſtillantia litigioſa mulier. Non omnibus adeſt rixoſa mulier, ſed cavendum eſt, necubi adſit rixoſa moroſitas, quæ nihil uſquam patitur eſſe ſuave, quam Græci vocant dyſcoliam, aut micrologiam, quod difficile ſit cum illis agere, quoniam de minutiſſimis etiam rebus odioſe diſceptēt. Imo inter calumniam & convitium hoc intereſt, quod calumnia nonnunquam fucum habet: frequenter enim clanculum agit, & ſi cogitur ſeſe proferre, juſtitiæ ſpeciem prætexit, crimen intendens vel falſum, vel verum, ſed hoc
animo,

animo, ut falſo etiam crimine lædere cupiat ſi poſſit. Conviciator non ſemper obiicit crimen, ſed nonnunquam dedecus generis; aut calamitates maiorum, aut corporis vitium, quod is qui habet, nec ſibi conciliavit, nec corrigere poſſit ſi velit: veluti cum ſpurium appellant ſpurium, aut luſcum vocant luſcum, aut caſcum caſcum. Obtrectator hoc abeſt à calumniatore, quod vel clanculum, vel in abſentem vibrat linguam, ſerpenti ſimilior quam leoni, ſed utroque peſtilentior eſt adulator, qui complexu ſtrangulat, ac melle litis venenis occidit, perinde quaſi ſi quis Falerno vino miſceat aconitum. Execrabile malum, ſed quo vix aliud in hominum vita receptius. Conviciator inimicis ſæpe prodeſt, indicans quid ſit corrigendum. Et calumniatoris improbitas, nihil non reprehendens; reddit nos in gerendis rebus circumſpectiores, nonnunquam & illuſtrat famam noſtram, quam obſcurare nititur. Idem facit obtrectator, vel hoc ipſo profitens inferio-

rem eo cui detrahit, quod clanculum agit ſuſurris, nec audet cominus congredi. At aſſentator ex ſtulto reddit inſanum, ex inſano inſanabilem. Itaque Solomon pronuntiat adulatorem publica dignum execratione: Qui dicunt, inquit, impio, Iuſtus es, maledicent eis populi, & deteſtabuntur eos tribus. Clamat & per Eſaiam Dominus: Popule meus, qui beatum te dicunt, ipſi te ſeducunt, & vim greſſuum tuorum diſſipant. Rurſus admonet Solomon: Si te lactaverint peccatores, ne acquieſcas illis. Rurſum alibi: Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa perveniunt ad intima cordis. Cum ſubmiſerit vocem, ne credideris ei, quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius. Quoniam ut ait Eccleſiaſtes: Melius eſt audire increpationem ſapientis, ſuper virum audientem carmen ſtultorum. Habet, habet illa Siren blandiſſimas cantiones, ſed pellicientes in amarum exitium. Hinc Sirach ille ſapiens: Qui ſophiſtice, inquit, loquitur, odibilis eſt, in omni re defrauda-

fraudabitur. Hanc peſtem regibus infeſtiſſimam deprecatur ſanctus ille Pſaltes: Corripiet me juſtus in miſericordia & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Hoc hominum genus execratur & Ezechiel propheta: Qui dicunt populo, pax, pax, cum non ſit pax, qui linunt maceriam abſque temperamento, qui conſuunt blandos pulvillos, ſub omni cubito manus, & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ ætatis, ad capiendas animas. Niſi maximum malum eſſet adulatio, non tanta ſolicitudine deprecaretur David: Domine libera animā meam à labiis iniquis, & à lingua doloſa. Quoque declararetur quam eſſet difficile huius mali remedium, audit à Domino propheta clamans: Quid detur aut quid opponatur tibi ad linguam doloſam? Nec aliud remedium oſtenditur, niſi ut opponamus ſagittas potentis acutas, hoc eſt ſermonem Dei, qui acutior eſt gladio ancipiti pertingens uſque ad diviſionem animæ & ſpiritus, & carbones deſo-

latorios, ut ex his cognita noſtra infelicitate, deſinamus nobis placere ex falſis adulatorum laudibus, & ex noſtrarum opum diffidentia, deſolati per Dei miſericordiam reſpiremus ac reviviſcamus. Tales enim ſunt ſagittæ potentis ſcripturæ: occidunt, ſed occiſos vivificant. Tales ſunt carbones pœnitentiæ, denigrant ac dejiciunt hominem, verum ubi recanduerint, lætitiam adferunt ſolidam ac perpetuam. Cæterum adulationem miſſam faciemus, & ad calumniam tranſibimus, ſi pauca dixerimus obiter de lingua proditrice, deque lingua quæ ſuggerit pernicioſa conſilia. Talis erat lingua Ioab, qui ſub ſpecie blandi alloquii occidit Ammon. Talis erat lingua Dalilæ, quæ prodidit Samſonem: talis erat Iudæ: Ave rabbi. Peſtilentis conſilii exemplum habes in libris Regum, de Ionadab, qui viam oſtendit Ammon, qua potiretur ſorore quam turpiter adamabat, atque hinc gravis malorum inundatio. 2. Reg. 13. Quis non execratur impiam

piam Iezabelem, quæ ſuo conſilio pertraxit animum regis ad impietatem? 3. Reg. 21. Iam juvenile conſilium nonne Roboam maxima parte patrii regni ſpoliavit? 2. Paralip. 10. Porro non eſſe vanum quod Græco proverbio dicitur: Malum conſilium conſulenti peſſimũ eſſe, declarant illi, qui dum ſubdolo conſilio hoc egiſſent apud Darium regem, ut Danielem perderent, ipſi conjecti ſunt in lacum, & à leonibus diſcerpti: Daniel. 6. juxta id quod ait ſapiens ille Sirach: facienti nequiſſimum conſilium ſuper ipſum devolvetur, & non agnoſcit unde venit illi. Idem alibi monet, ut à malis conſiliariis ſervemus animam noſtram. Ergo vitæ periculum eſt à malo conſultore, ni vallo te munias adverſus illum. Id quibus rationibus oporteat fieri, paulo poſt diſſeremus. Nunc conſideremus quanta peſtis humanæ vitæ ſit lingua calumniatrix, hoc eſt vere diabolica. Quod enim Latini calumniam dicunt, Græci dicunt diabolen, & hinc potiſſimum habet nomen ille

communis humani generis hoſtis, atque idem Hebræis dicitur ſatan, quod nobis ſonat adverſarium. Deus noſter dictus eſt Deus pacis, qui per filium reconciliavit mundum ipſi, deleto chirographo peccati, quo tenebamur rei mortis: & Chriſtus prophetæ dictus eſt conſiliarius pacis. Huic ſemper adverſatur ſatan, qui primus omnium ſevit inimicitiam inter Deum & hominem, Deum ipſum apud hominem ſugillans mendacii: Non moriemini, ſed eritis ſicut dii. Nec hodie deſinit reſcindere ſartam per Ieſum gratiã, calumnians nos apud Deum. Chriſtus abolevit vera crimina noſtra, donans nobis ſuam juſtitiam, diabolus etiam falſis criminibus onerare ſtudet pios homines, quemadmodum calumniatus eſt Iob: Niſi in faciem benedixerit tibi. Nonne vocat virum ſanctum, in crimen blaſphemiæ? Chriſtus noſtram impietatem in ſe recepit, diabolus ſuam impietatem nobis conatur imponere. Chriſtus pro noſtris delictis interpellat patrem, ut ſervemur:

mur: diabolus interpellat, ut pereamus. Non ſemper hoc agit per ſemetipſum, habet organa pene ipſo ſceleratiora. Quænam, inquies? Linguas delatrices innocentium: imo non linguæ ſunt, ſed gladii veneno tincti: Lingua, inquit, eorum gladius acutus, & venenum aſpidum ſub labiis eorum. Unde quibus ſtudio fuit ſapientum apophthegmata colligere, referunt quiddam non infeſtivum de Theatida Lacedæmoniorum duce, qui rogatus num gladius, nam gladium acuebat, ſat eſſet acutus, Acutior, inquit, calumnia. Quam multos olim jugulavit hic gladius, quam multos hodie jugulat? Audiſtis ex Pſalmis: Lingua eorum gladius acutus. Et apud Hieremiam dicunt, qui linguam habent pro gladio: Venite percutiamus eum lingua. Videmus autem linguam gladii ſpeciem habere, colorem ignis. Etenim mala lingua gladius eſt utrinque incidens, cæſim ac punctim vulnerans, inſuper & veneno tinctus: & ut ait Iacobus, inflammatus igni gehennæ. Prætermit-

mittam exempla, quæ ſub Neronibus, Caligulis, Claudiis, Syllis & Mariis, Dionyſiis & Hieronibus, quæque ſub Chriſtianis etiam principibus nonnunquam produntur. Numeroſiora ſunt, quam ut recenſeri poſſint, notiora quam ut debeant. Et malo referre, quæ nobis ſuppeditant ſacræ literæ. Hujus gladii venenum ſenſiſti ſanctiſſime Ioſeph, proque fide erga dominum, proque continentia erga uxorem domini, carcerem & capitis periculum præmii loco retuliſti. Ingreſſus eſt ſervus Hebræus ut eluderet mihi, & ad clamorem meum relicto pallio quod tenebam fugit foras. Quid te memorem caſtitatis ac pietatis exemplar Suſanna? perieras ſeniorum calumnia, niſi te Dominus per Danielem è linguarum impiarum gladiis eripuiſſet. O crudele linguæ ſpiculum. Quid ſimile poteſt ullus gladius, etiam ſi nocens ferrum veneno reddatur nocentius? Vitam eripit, famam non poteſt eripere. Plus aliquid poteſt ad nocendum ingenioſa calumnia, quæ mortem

mortem affert cum infamia. Petitus erat idem Ioſeph antea calumniis fratrum ſuorum, qui detulerant illum apud patrem de crimine malo. Sic enim habet tranſlatio ſeptuaginta, ac mea ſententia magis quadrat hæc figura Chriſto, quem Iudæi multis criminibus accuſarunt apud pontificem & præſidē. Nec probabile eſt Ioſeph adhuc puerū detuliſſe fratres ſuos apud patrem, cum eoſdem peſſime de ſe meritos, poſtea non criminatus ſit, ſed ſervarit. Quin & ipſe ſermonis cōtextus hic pro nobis facit. Sequitur enim; Iſrael autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios, eo quod in ſenectute genuiſſet eum. Ideo nihil egit fratrum calumnia, quia pater diligebat illum præ cæteris. Poſtremo Chryſoſtomus interpres, ſequitur hunc ſenſum, quem adduximus. Nec Hieronymus meminit huius loci correcti in traditionibus Hebraicis, cum alia minutiora ventilet agiterque. Qui locum mutarunt videntur offenſi, quod putarent non convenire Ioſeph innocētiæ, crimen

peſſimum, & recte offenderentur, niſi mentio fieret de invidis fratribus & falſo crimine. Alioqui magis offendi debebant, quod Dominus noſter longe Ioſeph innocentior, accuſatus fuerit blaſphemiæ. Moliebatur quidem exitium lingua diabolica,ſed Deus alienam malitiam ſuis vertit in bonum. Siquidem fratrum calumnia magis etiam provocavit charitatem Iacob erga Ioſeph, & reginæ criminatio præbuit occaſionem ut Ioſeph ad majores honores vocaretur à rege. Sic & Ioab apud David regem detulit Abner de rege bene meritum, ac regi quidem non perſuaſit, ſibi tamen perſuaſit ut per inſidias occideret innocentem. Quid dicam de Iezabele, quæ quo mederetur dolori mariti, finxit literas nomine Achab regis, eaſque ſignavit anulo regio: ſignatas miſit ad optimates ac cives Naboth. Literarum hæc erat ſententia: Indicite jejunium, & ſiſtite Naboth inter primores populi, ſimulque ſubmittite duos viros filios Belial, qui falſum teſtimonium ferant adverſus

verſus eum, dicentes: Benedixit Naboth Deum & regem, & educite & lapidate. Quid hic potiſſimũ admiremur, audaciam ſceleſtæ mulieris, an primatum populique facilitatem impiam, qui talibus literis paruerint, an regis ſtultitiam, qui anulum ſuum crediderit uxori? Similem obedientiam David reperit in ſuis ducibus, cum iuberet Uriam occidi. Utinam & noſtri principes non haberent ſuos ad huiuſmodi facinora nimiũ promptos. Rex Britanniæ præſulis optimi cæde nobilis, cum audiſſet à ſancto Thoma archiepiſcopo Cantuarienſi anathemati deditos, quicunque poſſiderent ac tenerent res aut loca Eccleſiæ, vehementer commotus eſt, quod epiſcopus auderet epiſcopum agere. Hæc, inquit, excommunicatio generalis me quoque complectitur, qui quaſdam epiſcoporum domos ac proventus occupo. Et adiecit: Non faceret hæc ille ſacrificus, ſi famulos haberem quales oporteret. Ad hanc vocem tres ex eius proceribus profecti ſunt Cantuariam, &

virum

virum ſanctiſſimum crudeliſſime necarunt. Cum rex palam impia præcipit, proditor eſt qui obtemperat, amicus qui deficit ac reſiſtit. Siquidem hic conſiderandum eſt non quid placeat irato, ſed quid illi perpetuo ſit placiturum. Proditores erant Alexandri magni, qui lanceam illi reddiderunt, & vino & ira furenti, qua Clytum amicum confodit. Nam mox ſecuta eſt calidum facinus inutilis ſeraque pœnitentia. Quem honorem habuiſſet ſuis magnatibus, ſi conſtanter exarmaſſent ipſum, donec rediſſet mentis ſanitas? Qui tum aderant regi, aut pernegare debebant arma cũ commotæ mentis eſſet, aut non debebãt eripere, cum de ſe ipſo pararet ſumere ſupplicium. Parendum quidem eſt regibus, ſed donec reges agũt. Nunc præpoſtere facimus, morem gerentes illorum cupiditatibus, ubi nequaquam oportet, non obtemperantes ubi recta præcipiunt. Hoc autem obſequii genus, nihil aliud præſtat, niſi ut pro regibus habeamus tyrannos. Ipſa principum fortuna ſat

habet crudelitatis, etiamſi nullus mitigator oleum addat camino. Sylla ſibi felicis nomen aſcivit, quod multa feliciter geſſiſſe videretur. Verum inter omnes felicitates duabus potiſſimum ſibi placere ſolebat. Primum quod pium Metellum amicum haberet: deinde, quod Athenas non evertiſſet, ſed urbi totius Græciæ celeberrimæ pepercïſſet. Nec dubium eſt quin multi tum iratum huc inſtigarint, quorum vocibus ſi ſeſe credidiſſet, non minus illi diſplicuiſſent Syllæ, ſubverſis Athenis, quam poſt ipſe ſibi placuit, ſervatis. Conjunximus in diſſerendo proditorem, adulatorem, & malum conſultorem, quod hæc inter ſe cognata ſint vitia. Vulgo proditor dicitur, qui populi jus defendens obſtat cupiditatibus monarchæ. At qui principem prodit tyrannidi, cum bis ſit proditor. tamen vir bonus habetur ac fidelis. Si principes odiſſent vere proditores, in nullos magis ſævire deberent quã in adulatores, & infidos conſiliarios. Cum Pompeius magnus Cæſaris potentiam

tentiam fugiens peteret Ægyptum, jamque non procul abeſſet à Peluſio, agitatum eſt inter regis adhuc pueri conſiliarios, utrum recipiendus eſſet Pompeius an excludendus. Variantibus ſententiis, inopia meliorum vocatus eſt in conſilium Theodotus quidam Chius. Is regi puero datus erat præceptor in arte rhetorica. Itaque rogatus ſententiã, cenſuit Pompeius nec recipiendum in regnum, nec repellendum, ſed receptum occidendum, addens malo conſilio, dictum illiberale, mortuos non mordere. Perſuaſit. Itaque vir tantus, ex tot periculis incolumis, unius Græculi lingua periit. Verum conſultoribus illis ſuum conſilium, juxta vetus proverbium, peſſime ceſſit. Cæſar enim ingreſſus Ægyptum auctores necis Pompeii peſſime perdidit. Theodotus aliquamdiu profugus, ubi tandem in Bruti manus incidiſſet, mali conſilii pœnas dedit. Conſilium enim non eſt attemperandum ad præſentes principum cupiditates, ſed illorum cupiditates ad ea quæ per ſe

ſunt

ſunt honeſta deflectendum eſt. Quæ turpiter ſuadentur tantiſper jucunda ſunt dum manet affectus: at rerum exitus facit, ut diu doleamus quod ad breve tempus delectavit, & execremur eos, qui nobis mali negotii ſuſcipiendi fuerunt auctores. Nam principes homines ſunt, eoſque variis diſtentos negotiis, nonnunquam & rerum imperitos multa fallunt. Hic bonus ac fidelis conſultor, plane homo homini quod ajunt, Deus eſt. M. Antonius cum obtineret Aſiam, quoniam obſequens animo ſuo & aſſentatorum vocibus immenſam pecuniæ vim prodigebat, multos præter jus ſuis fortunis ſpoliabat, & provinciam non ferendis exactionibus onerabat. Itaque cum imperaret Aſiaticis altera vectigalia, nec dubium eſt, quin ea res ſubverſura fuiſſet Antonium, dexter aderat Hybreas, qui fideli conſilio ſimul & Aſiaticis & Antonio proſpexit. Exige, inquit, bis eodem anno vectigal Antoni, ſi potes efficere, ut eodem anno bis æſtatem, ac geminum autu-

mnum

mnum habeamus. Mox ubi docuiſſet Antonium Aſiaticos ipſi pendiſſe ducenta millia ducatorum, adjecit: Si hæc tam ingens pecunia ad te delata non eſt, fac eam ab illis repoſcas, qui à nobis exegere. Rurſum ſi tanta vis auri ad te delata eſt & conſumpta, nulla ſpes reliqua eſt. Hæc oratio libera quidem ſed veritate efficax, flexit animum Antonii, ut à ſecundis vectigalibus exigendis deſiſteret. Peſſime ceſſit, ut dictum eſt, Roboam filio Solomonis juvenile conſilium: & apud Homerum Agamemnon nihil aliud optat ad rem feliciter gerendam, quam decem Neſtores. Naaman Syro ſaluti fuit ſervorum conſilium. Iam abibat indignans, lepræ malum impio murmure conduplicaturus. Revocatur à ſervis domino ſapientioribus; & ſanatur. Sed ad calumniam redeamus, quæ potiſſimum impetit innocentes. Sic ſublatus eſt Socrates ac Phocion, ſic oſtraciſmo eiectus eſt Ariſtides, ſic periclitatus eſt Epaminondas ac Scipio. Quid hos commemoro? Sic ſublatus eſt omnis

omnis innocentiæ fons Ieſus Chriſtus. Tot mucronibus confoſſus eſt, Phariſæorum falſorumque teſtium, denique totius populi: Tolle, crucifige eum. Quid criminum in eum non intendit calumnia? Sicarii vocantur qui ferro perimunt hominem, qui idem faciunt linguæ gladio, ſicarii non vocantur, ſed tamen ſunt omnibus ſicariis ſceleratiores: Venite, inquiunt, percutiamus eum lingua. Quid aufert percuſſor, niſi corporis vitam? Crudelius eſt bonam famam eripere quam vitam. Et hoc moliebatur quidem Iudæus calumniator, ut glorioſum Ieſu nomen in totum aboleretur. Cæterum impios calumniæ conatus, Deus vertit in diverſum. Revixit Dominus, pro mortali corpore recepto immortali, datum illi nomen, quod ſuperat omne nomen, ſive in cœlis ſive in terris. Felicem eventum debemus omnipotenti bonitati Dei, nec ideo tamen excuſatior eſt calumniatricis linguæ malitia, ſi cum nihil intentatum reliquerit, non aſſequitur quod vult. Per

Chri-

Chriſtum omnibus feliciter cedet calumnia malorum qui pro Chriſto calumniam patiuntur. Stephano blaſphemiæ crimen intentatum eſt, & damnatus periit: imo ſervatus eſt. Nunc quid illius nomine, vel glorioſius, vel gratioſius? Paulus dictus eſt ſubverſor legis, ac dux ſicariorũ, & vicit calumnia ad tempus. Nunc quid illius memoria ſacroſanctius? Priſcis illis Chriſtum profitentibus, objiciebatur magia & infanticidium, quid profecit calumnia? Sibi peperit infamiam, Chriſtiano nomini gloriam. Divum Chryſoſtomum in exidium egit calumnia, & illud conata ut nomen illius eraderetur ex epiſcoporum catalogo. Quid nunc illo celebrius? Quid non molitæ ſunt in ſanctiſſimum virum Hieronymum linguæ calumniatrices? Teſtantur hoc illius præfationes & apologiæ. At cuius nunc magis floret memoria? Et ſi fas eſt hic miſcere prophanorum exempla: Habuit Homerus ſuum Zoilum, Virgilius Peronem, Horatius Mevium, Ovidius Ibim, quorum

quorum nunc ne nomina quidem extarent, niſi beneficio eorum quibus obtrectarunt, tranſiſſent ad poſteros. Quemadmodum apud Epheſios nomen ſibi paravit Eroſtratus incenſo Dianæ templo, ita apud Athenienſes hyperbolica maledicentia nobilitatus eſt Hyperbolus. Is tantum in hoc vacabat, ut ſingulorum vitia perveſtigaret evulgaretque, multam ſcommatum materiam ſuppeditans veteris comœdiæ ſcriptoribus. Idem clam molitus eſt oſtraciſmum Alcibiadi. Id erat damnationis genus, quo traditis in comitiis teſtulis ejiciebantur in exilium viri primates, qui potentia, opibus, & auctoritate, plebis invidiam in ſeſe concitarant. Senſit Hyperboli conatus Alcibiades, & cum diverſæ factionis principe Nicia in gratiam rediit. Ita factum eſt, ut oſtraciſmus in auctorem reciderit. Cujus rei tamen poſtea pœnitentia cepit populum Athenienſem. Nam ex eo tempore ſublata eſt oſtraciſmi auctoritas, quod eo vir obſcurus & im probus nec alia re potens quam

quam maledicendo, damnatus eſſet, qui grave ſupplicium commeruerat, cum hactenus oſtraciſmus expellendis è civitate viris egregiis invidiæ multitudinis ſolatium adferre conſueſſet. Huic ſimillimum eſt quod ipſi vidimus, ſed à nominibus temperabitur. Erat mihi Romæ domeſtica conſuetudo cum quodam, qui malis artibus feſtinabat ad dignitates & opes, nemini non invidens præcedenti. Reſignabat omnium literas, etiam à regibus miſſas, ut ex his ſtrueret technas ſuas. In primis autem hoc agebat, ut duos archiepiſcopos primæ apud ſuos auctoritatis inter ipſos committeret, quòd ſciret alioqui non admodum inter illos convenire. Subodoratus eſt hominis technas alter. Nam is Romæ tum agebat, poſt in cardinalium cœtum allectus. Sic igitur ultus eſt Hyperbolum. In illius odium reconciliatus eſt alteri archiepiſcopo, & oſtendit viam qua poſſent hominem ulciſci, ſi vellet eſſe fautor artificii. De compoſito miſſum eſt diploma nomine princi-

pis,

pis, quo deferebatur ei dignitas epiſcopi in Hybernia. Noverant enim hominem hoc miſere ſitire; eaque gratia movere tot machinas. Ille cæcus cupiditate, nec ſentiens diploma fucum eſſe, petit à Iulio confirmationem. Impetravit, numerata pecunia, nullo pontificis periculo. Mox attonſa coma, raſus uſque ad aures vertex, ſumpta veſtis linea. Quid multis? Totus epiſcopus prodiit in publicum. Diſſimulabant huius technæ fabricatores. Ubi jam Romæ nulli eſſet obſcurum quin ſe pro epiſcopo gereret, eaque de re iam ad amicos omnes perſcripſiſſet, & ab illis gratulatorias recepiſſet epiſtolas, ſubornatus eſt, qui in frequenti convivio proderet technam. Ab hoc rogatus eſt cuius loci eſſet Epiſcopus. Edidit loci titulum. Rogatus eſt an certum haberet vacare ſedem. Affirmavit. Rogatus eſt, unde ſciret eſſe mortuum cui vellet ſuccedere. Multa fortiter mentitus eſt hac de re. Tādem ubi res cœpit ad iurgium tendere, paucis aperuit myſterium ſubor-

natus

natus ille. Epiſcopus, inquit, ille cuius locum tibi vindicas, vivit & valet. Inquire rem, ſic eſſe comperies. Moxque rumor per totam urbem loquaciſſimam ſparſus eſt. Quid faceret Hyperbolus epiſcopus nō epiſcopus? Totos dies domi ſe continuit. Pudebat enim geſtare veſtem, quam ante tempus induerat, rurſum pudebat recepto priſtino cultu confiteri ſe fuiſſe deluſum, noctu tantum prodibat. Interim paucis diebus dolore contabuit. Apud ethnicos non aliud nomen fuit execrabilius, quam delatorum, ſectorum, quadruplatorum. Notatus eſt M. Tullius oratorum princeps, quod jocos affectarit immodice: unde & audivit à Catone, Dii boni quam ridiculum habemus conſulem! ſed ejuſdem candor laudatur, quod cum rex eſſet fori, tamen admirabilem illam eloquentiam omnem conſumpſerit in patrocinio reorum. Neminem enim reum peregit, præter unum Verrem, cujus accuſatio non tam accuſatio fuit, quam provinciarum, quas ille oppreſſerat, defenſio.

defenſio. Catonis eximias laudes nonnihil obſcuravit, quod toties in jus vocavit & vocatus eſt. Paulus Æmilius in repudiatam uxorem nihil criminis effutivit: tãtum oſtenſo calceo pulchro novoque, dixit ſe ſolum ſentire qua parte pedem urgeret. Continentiam quam præſtitit Æmylius in colloquiis amicorum, C. Cæſar præſtitit etiam in judiciis: citatus teſtis, ut aliquid diceret in uxorem, cum qua fecerat divortium, negavit ſe quicquam ſcire. Adeo viſa eſt illis viris res ingeneroſa & humilis calumnia, ut ne vera quidem crimina vellent in eas edere, quas à convictu ſuo ſemoverant. Quin & gentium leges calumniatorem ad talionis pœnam vocant, non ſolum lex Moſaica. Sceleratior eſt qui crimen falſum intendit proximo, quam mendax teſtis: nam & hunc ille ſubornat. Et tamen in Deuteronomio Deus teſtem calumniæ convictum jubet eodem affici ſupplicio, quo afficiendus erat is qui delatus erat, ſi convinci potuiſſet: Non mifereberis, inquit,

cius, ſed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges. Unde hoc ſatanæ malum irrepſit in vitam mortalium? Minus autem mirandum, ſi apud gentes repertus eſt calumniator, quæ pro Deo colebant dæmonia. Neque perinde mirandum de populo Iudæorum, quos ſemper torſit invidia calumniæ parens. Illud mirandum, unde ſic inundarit in vitam Chriſtianorum, ut vitium omnium teterrimum ob aſſuetudinem pene vitium videri deſierit. Excuſarit fortaſſis quiſpiam principum aulas, quæ peculiari quadam natura ſua peſtes hujuſmodi non ſecus ad ſeſe attrahunt, quam cæcias, ut aiunt, nubes: Sed an non omni lachrymarum genere deplorandum, quod hæc diabolica lues ſic graſſatur inter eruditos, ſic graſſatur inter ſacerdotes, ſic regnat inter monachos? Quodnam in orbe ferarum genus reperias, quod ſimili veſania ſeſe mutuo mordet, lacerat, diſcerpit? Quis nunc tutus eſſe poteſt à ſycophan-

cophantarum linguis? Non parcitur bene meritis, non parcitur ſenectuti, cui parcunt & hoſtes in bello, non parcitur dignitati principum, non parcitur epiſcopis, non ſummis pontificibus. Et quaſi parum noxiæ habeat diabolica lingua, adduntur infamatrices picturæ, ſparguntur famoſi libelli, & hic tam ſceleratus quęſtus alit multos typographos. Qui ſuſtulit rusticanum calceum pictum, membratim diſſecatur ut ſeditionis auctor. Nunc quid non loquuntur picturæ quæ paſſim evulgantur? Olim periclatabatur qui nomine ſuo prodito libellum famoſum evulgaſſet, nunc paſſim ludunt libellis anonymis, aut fictos titulos præferentibus, quibus ſic ab ſeſe depellunt periculum, ut innoxios aſpergant infamia. Deprehenſi quid adferunt? Undecunque venor quæſtum, inquiunt: Eſt mihi alenda familia. Si vis alere, deſinam facere quod facio. At quis audiat furem aut latronem ſic agentem cauſam ſuam? Sed furari tutum non eſt. Minus oportebat eſſe tutum

quod furto ſceleratius eſt, niſi forte vilior eſt homini fama, quam pecunia. Quod ſi tuti potius quam honeſti habetur ratio, proſtituant uxorem, diſcantque ad calicem vigilanti ſtertere naſo. Id certe per leges tutum eſt. Nunc in re tam atroci dormiunt leges, & impune licet cuivis in cujuſvis debacchari vitam ac famam. Nunc vulgaris eſt calumnia, proximum appellare hæreticum, hæreſiarchum, ſchiſmaticum & falſarium. Et hoc inprimis faciunt, qui jactant ſe mortuos mundo, qui profitentur ſeſe eſſe de numero illorum quibus Chriſtus præcepit: Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos, ut ſitis filii patris veſtri qui in cœlis eſt. Ab hac forma, bone Deus, quantum abſunt, qui calumniantur immerentes, imo qui nocentibus linguis impetunt bene merentes? Quando pro conviciis benedicta referent, qui pro ſalubri admonitione crimen hæreſeos impingunt? Hujuſmodi telis veneno

tarta-

tartareo tinctis armati ſunt iſti pauperes ſpiritu, qui nec peram, nec baculum circumferunt. Non habent baliſtas, ſed juxta Hieremiam: Sagitta vulnerans lingua eorum, & extendunt linguam ſuam quaſi arcum mendacii. Non circumferunt venenum in pyxide, quanquam & hoc faciunt nonnulli, ſed juxta pſalmographum: Os circumferunt plenum amaritudine, maledictione & dolo, linguam circumferunt ſub qua latet labor & dolor: Sedent in inſidiis cum divitibus in occultis, ut interficiant innocentem. Quibus technis hoc hominum genus ſeſe inſinuat principum aulis? Quæ venena quidam inſtillant in illorum aures? Et malitiam pluſquam diabolicam religionis fuco prætexunt: cumque diſcrucientur zelo livoris & odii, dicũt: Zelus domus tuæ comedit me. Nimirum, hoc eſt, quod ſequitur in Pſalmo: Sedent in inſidiis cum divitibus in occultis, ut interficiant innocentem. Oculi eorum in pauperem reſpiciunt, inſidiantur in abſcondito,

quaſi leo in ſpelunca ſua. Inſidiantur ut rapiant pauperem: rapiunt pauperem dum attrahunt eum. In laqueo ſuo humiliabunt eum. O piſcatores hominum! Apoſtoli piſcabantur malos ad ſalutem: iſti bonos piſcantur in exitium: linguam calumniatricem habent pro rete, qua quos volunt attrahunt, & attractos quocunque genere ſycophantiarum opprimunt: ipſi ſe judices faciunt, actores ac teſtes. Quod ſi manifeſtior ſit calumnia, quam ut diſſimulari poſſit, allegant odium criminis, & prærogativam religionis. Imo quo crimẽ eſt atrocius, hoc gravius eſt puniendus qui per calumniam intendit. Et æquum eſt ſcilicet ut innoxius extrema patiatur, ne quis peius ſentiat de cucullo Franciſci, aut Dominici? Quin ipſi curant hoc, ne quis de eis male ſentiat, aut loquatur? Tales eſſe ſtudeant, quales haberi volunt. Compendiaria via eſt, ut quam plurimi fiant apud omnes. At deſignare quicquid libet, & cogere mortales, ut quod vident non videant, quod ſciunt neſciant,

quod execratione dignum eſt laudet, an non pluſquam tyrannicum eſt? Et hi tibi digni videntur, quos mundus alat ac veneretur otioſos, atque utinam otioſos! Hi ſunt qui vendunt ſua benefacta, & quorum puris precibus reſtinguitur incendium iræ divinæ! Quęſo ne quis rapiat in contumeliam bonorum, quod in malos jure dicitur, ut vel vitentur, vel corrigantur. Quanquam videmus nunc ubique tantam malorum inundationem, ut propemodum liceat illud è Pſalmo uſurpare: Omnes declinaverunt ſimul, inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant, venenum aſpidum ſub labiis eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt, veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem. Si Turca depellendus eſt à cervicibus populi Chriſtiani, nec milites habent, nec pecuniam, tum allegant quietem religionis, & monachos oportere quam longiſſime abeſſe ab effuſione

ſanguinis: at calumnia jugulare fratrem, linguæ ſpiculo confodere proximum nulla religio eſt, quod & ipſum attigit Pſalmus: Ibi trepidaverunt timore, ubi non erat timor. Si calceus ſit integer Franciſcano, piaculum admiſſum eſt: ſi lingua ſit homicida, religio eſt. Quadruplatores execramur, qui furti crimen intendunt, aut damni dati litem movent, quo lucri nonnihil ſibi concilient: & non execramur iſtos, qui falſo intendunt crimen hæreſios, ut univerſas hominis facultates diripiant, ſimulque vitam auferant cum bona fama? Non geſtant tela militaria, tametſi non deſunt, qui ſicas occulunt ſub ſacris palliis, ſed os iſtis pro armamẽtario eſt, quemadmodum dicit Solomon: Iaculum & gladius & ſagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimonium. Quantumvis imponant hominibus fuco ſanctimoniæ, tamen divinam vindictam non effugient, etiamſi ad ſinum Dominici aut Franciſci confugiant. Hominem, inquit Solomon,

qui

qui calumniatur animæ ſanguinem, ſi uſque ad lacum fugerit, nemo ſuſtinet. Quoſdam à ſævitia legum tuentur aræ, ſepulchra, templa aut ſtatuæ principum: calumniatori nullũ eſt ſuffragium ab ira divina. Veteres dicebant eos qui occidiſſent hominem agitari diris ultricibus: nec iſtis deerunt ſuæ furiæ. Habebunt obvias ultrices deas citius quam credãt. Deplorat & hoc malum humanæ vitæ ſapiens Eccleſiaſtes: Vidi, inquit, univerſas calumnias quæ fiunt ſub ſole, & ecce lachrymæ eorum qui calumnias ſuſtinent, nec eſt qui conſoletur eos, & in manibus calumniantium eos fortitudo, & non eſt eis cõſolator: Et laudavi mortuos ſuper viventes, & melior ſuper utroſque qui nondum natus eſt, qui nondum vidit opus malum quod factum eſt ſub ſole. Eſtne igitur aliquod malum morte formidabilius? At ſapiens pronuntiat tale malum eſſe linguam calumniatoris. Ubi ſunt igitur, qui parricidium execrantur, & calumniam pro ludo ducunt? Quod affirmavit

Eccleſiaſtes, confirmat Eccleſiaſticus: A tribus, inquit, timuit cor meum, & in quarto facies mea métuit: Delaturam civitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacem, ſuper mortem omnia gravia. Minitatur apud Oſee Dominus morti, quæ inter fratres dividat: Ero, inquit, mors tua ô mors, & morſus tuus inferne. Nihil amore fraterno conjunctius, nulla ſocietas arctior quam corporis & animæ, nullus charitatis nodus aſtrictior quam conjugii: hæc omnia vincula diſrumpit amara mors. & tamen hæc nos tranſmittit in vitam feliciorem. Calumnia nocentior eſt, quæ cum crudeliora deſignet quam mors, tamen nullo commodo ſua damna penſat. Mortem hoc moderatius ferimus, quod omnium ſit ex æquo cõmunis, quod neceſſitatis, non voluntatis, quod quamvis acerba ſit naturæ, neminem tamen reddit impium. Nihil autem eſt malorum, quod non ſemel invéhat calumnia. Longum eſt omnia perſequi. Circumferat quiſque ſuos oculos

oculos per domus privatas, per collegia, per monaſteria, per aulas principum, per civitates, per regna; & compendio diſcet, quantam ubique peſtem ingerat lingua calumniatrix. Si calumniæ copulem adulationem, fortaſſe videbor tale jugum inducere, quale ſit, ſi quis draconem jungat ſimiæ. Et tamen res tam diverſæ inter ſe cohærent. Quemadmodum enim reges dum volunt unum lædere, multis adulentur neceſſe eſt: dumque ſtudent unum in ſervitutem redigere, prius ipſi multis etiam abjectiſſimis ſerviant oportet: ita calumniator cum huic ſtruit falſam calumniam, cogitur multis palpari falſis laudibus. Sic equus ut opprimeret cervum, ſeſſorem in tergum, & frenum in os recipit. Iam in obtrectationis vitio, quam impudenter nobis ignoſcimus, imo quam nobis blandimur, & feſtivi nobis videmur, dum arrodimus famam proximi? Deus qui prohibuit furtum in Levitico, eodem in loco prohibuit calumniam & obtrectationem: Non

mentiemini, inquit, nec decipiet unuſquiſque proximum ſuum: non eris criminator, nec ſuſurro in populis, non ſtabis contra ſanguinem proximi tui. Quam enim deteſtabile malum ſit detractio, docet Solomon: Cogitatio, inquit, ſtulti peccatum eſt, & abominatio hominum detractor. Qui male cogitat de proximo, linguam interim cohibens, non eſt quidem immunis à peccato, ſed apud Deum duntaxat nocens eſt. Verum qui paſſim vibrat virulentã linguam in proximum abſentem, is etiam apud probos homines abominabilis eſt & execrabilis. Metuit enim ſibi quiſque à veneno ſcorpii, & odit hominẽ tali morbo obnoxium, etiamſi vera prædicet. Nam quandoquidem morbo id facit, non judicio; & falſa prædicaturus ſit, ſi veniat in mentẽ. Quotuſquiſque eſt hominum, in quem non aliquid vere dici poſſit? Quod ſi quis ſit alienus ab omni vitio, tamen falſam etiam infamiam metuunt probi. Atque ab inſultu conviciatricis linguæ cavere licet: à

ſuſur-

ſuſurronis lingua qui caveris tibi? Clanculum & ex inſidiis impetit hominem, coram blandus & amicus: & ſi quid expoſtules, abjurat ſe dixiſſe, quod apud multos non tacuit. Sed peſtilentiores ſunt, qui fucum addunt morbo, præfati laudem ac benevolentiam figurato morſu lædunt. Eſt vir bonus & mihi paternus amicus, eoque gratulor illi quod feliciter illud effugerit: vir eſt apprime doctus, ſed utinam haberet tantum fidei, quantum habet ingenii. Amicus ille, ſed magis illo amica veritas. Hic niger ſuccus loliginis, hæc eſt ærugo mera. Sunt enim qui linguæ incontinentia, aut alioqui per occaſionem ſermonum provocati effutiunt quæ labem aſpergunt proximo, cum tamen non adſit perverſus animus. Hi vere ſicarii ſunt, tegentes telum quo perimunt, hi vere ſcorpii ſunt, prius amplectentes quam infigant aculeum, hi veneficis omnibus ſceleratiores, qui letale venenum melle prælinunt. Et has artes callent, quibus rhetoricam diſcere religio eſt. Imo qui da-

mnant

mnant diſciplinas omneis liberales, nec patiuntur quicquam diſci præter novum ac vetus teſtamentum, ab hac arte non abhorrent. Obtrectator quoniam odio duci videtur, fere caret fide. Itaque reperta eſt illis ars, qua diſſimulent odium, ac fidem ſibi arrogent, quo certius lædant. Vitium hoc maxime ſolet videri familiare fæminis, nunc etiam ad viros demigravit, irrepſit in aulas principum, in ſcholas eruditorum, in collegia ſacerdotum, in ſodalitates monachorum. Nec opinor ullum fuiſſe ſeculum, quo latius regnarit hæc lues, quam hodie regnat per univerſam ditionem Chriſtianam. Dicitur divus Auguſtinus hoc diſtichon affixiſſe menſæ ſuæ:

Quiſquis amat dictis abſentum rodere vitam,
Hanc menſam vetitam noverit eſſe ſibi.

Atque hæc lex ſolet antehac etiam in publicis aſſcribi diverſoriis, & obſtrepebatur à reliquis convivis, ſi quis orſus fuiſſet ſermonem obtrectatorium,

rium. Idem ſi contigiſſet in conviviis principum, jus erat olim caduceatori, quem nunc Galli heraldem vocāt, panem impoſitum invertere, aut ſciſſo menſæ linteo declarare ſermonem eſſe parum dignum menſa principis. Nuncquid aliud auditur in omnibus conviviis, niſi, Ille pluſquam hæreticus eſt, ille colludit cum Luthero, ille nihil ſcit rei theologicæ: Ille cum habeatur pro bono viro, tale flagitium olim deſignavit, ille pudendis parentibus natus eſt, ille ſuum genus dehoneſtavit, ille decoxit. Hujuſmodi deliciis nunc laici ſacerdotes, ac monachi, condiunt ſua convivia. Quam vero parum congruunt hujus fabulæ partes? Invocatione numinis conſecratur menſa. A ſacra lectione fit auſpicium convivii. Mox ad obtrectatrices fabulas. Rurſus gratiarum actio. Deinde reditur ad intermiſſas obtrectationes. Talibus fabulis tranſmittunt tempus, è quorum ore Dominus vetuit ullum verbum otioſum excidere. Vehementer indecorum fit in

menſa

menſa vomere. At quis indecentius menſam convomit, quam qui bilem, qui odium, qui peſtilens animi pus effundit in convivio? Nec ulli peccant hic impudentius, quam hi quos potiſſimum oportebat ſermone ſalutifero condire ſtultitiam aliorum. Qui theologi dicuntur, & hoc cognomine gloriantur, quod de rebus divinis loquantur, qua fronte nunc facti ſunt maleficentiæ magiſtri? Non inceſſo ordinem, ſed admiror in tali ordine reperiri qui ſuo ordini tam non reſpondeant. Qui ſe prædicatores appellant, pro ſacris literis prædicant aliena mala, imo falſa crimina. Qui dicuntur obſervantes, cur hic non obſervant linguam? quæ ſi ſit infrenis, vana eſt omnis illorum religio. Horum ſodalitates in hoc valent, ut unius linguæ pus quam ociſſime ſerpat ad omnes. Quod unus aliquis Franciſcanus dixerit inter pocula, per veredarios, quos illi nuſquam non habent, ſpargitur intra menſem per univerſum ordinem. Nec conviviis ſolum ac menſæ reverentia

abutun-

abutuntur ad hoc malum, verum etiam in prælectionibus ſacris, in concionibus euangelicis, in ſecretis confeſſionibus obtrectant proximo, & ibi diſcit populus artem diabolicam, ubi conveniebat diſcere diſciplinam euangelicam. Adoleſcentes à parentibus mittuntur ad ſcholas publicas, ut ibi diſcant artes liberales, atqui illic diſcunt à præceptoribus artem omnium illiberaliſſimam, videlicet obtrectādi proximo. Et ars eſt quę facillime diſcitur, difficillime dediſcitur. Quin & hymnos quibus Deum laudant inficiunt hoc tartareo veneno. Oremus Deum, inquiunt, ut tales ac tales liberet ab hæreſi Lutherana. Quin & ipſas ſacras literas torquent ad maledicentiam, depravant euangelium, depravant Mariæ canticum ad virulentam ac mendacem obtrectationem. Et hæc eſt religio quorundam, qui negant eccleſiam poſſe conſiſtere, niſi ipſorum pietate fulciretur. Hi ſunt illi cœlibes, qui divinam ultionem, jam vibrantem ultorem gladium, orbi vertunt in mi-

ſericor-

ſericordiam. Atque interim ſibi mire blandiuntur: quod dignis maledicitur, inquiunt, benedictio eſt, non maledictio. Sed illi dignitatem hanc æſtimant ex leviſſimis nugis. Et quiſpiam qui parum reverenter locutus eſt de hoc aut illo Franciſcano, cum quotidie tot flagitia vulgus etiam deprehendat, neſcio quanto ipſorum pudore, certe magno dolore noſtro, protinus exiſtimant cauſam eſſe juſtiſſimam, cur ille ſexies mille Franciſcanorum linguis per univerſum orbem infametur. De me decreveram nihil meminiſſe, attamen unum quiddam referam, mihi compertiſſimum, ſed ejus generis, ut ridendum ſit magis quam execrandum. Franciſcanus quidam legerat paraphraſin meam in Iohannem Euangeliſtam: probabat omnia. Ventum eſt ad appendicem, quam adjeceram non ob aliud, niſi ne vacaret charta. Et hæc placebat, donec ventum ad imum calcem, in quo taxo quoſdam, imo moneo cunctos, ut ſi velint cum bona fiducia exire ex hac vita, ne figant ancoram

ſpei

ſpei ſuæ in quibus non oportet. Hujuſmodi dum differo, hæc verba ſubjicio: Quod genus, ubi moriturus ſe tutum credit, ſi ſepeliatur amictus veſte Franciſcani, aut Dominicani. ibi repente meus applauſor verſus in obtrectatorem, damnavit omnia, etiam quæ prius approbaverat. Nec hoc contentus, inſtigavit ſodales ſuos, ut ſenatus conſulto edicerent, ne quis Franciſcanus legeret libros Eraſmi. Si dixiſſem in veſte Dominicani, & omiſiſſem Franciſcani, fuiſſem illi Chriſtianus. Nunc unica vocula factus ſum illi hæreticus. Atqui quod illic obiter moneo, deberent ipſi in publicis concionibus docere populum, ſi modo cuperent eſſe, quod haberi ſtudent. Neque enim id aſſequentur maledicendo, ſed integre ſancteque vivendo conſequentur, ut ſint bonus odor Deo in omni loco. Expedit, inquiunt, ut populus bene ſentiat de noſtro ordine. Sed magis expedit, ut vulgus bene ſentiat de ſacerdotum ordine, quem ſine controverſia Chriſtus inſtituit.

At

At rurſus expedit ut ſacerdotes qui vivunt impie, quive docent non pia, vel corrigantur admoniti, vel retegantur, ne ſeducant incautos. Et tamen in hunc ordinem iſti ſolent ſeditioſa licentia velut è plauſtro, quod ajunt, debacchari, nec abbatibus nec epiſcopis parcentes, ac ne Romano quidem pontifici, quoties ipſis viſum eſt commodum. Qui boni ſunt, non offenduntur, ſi quid dicatur in malos. Qui mali ſunt, ſed ſanabiles, admonitos ſeſe judicabunt, non attactos, cum nullius nomen edatur. Qui ſunt inſanabiles, harum malitiam oportet detegi, ne ſimplicibus imponant falſa ſpecie ſanctimoniæ. Cur ipſi declamant è ſuggeſtis in omne genus mortalium? Nimirum dicent ut corrigantur vitia. Itane ſuorum vitia corrigi nolunt, quia nolunt argui? Monarchæ ferunt æquis animis admoneri libris editis, atque adeo reprehendi libere, modo abſit ſeditioſa petulantia: & Franciſcanus qui manſuetudinem euangelicam profitetur, verbulo tactus extre-

ma molitur: & prolevi convitio, ſi tamen hoc convitium eſt, regerit crimen hæreſeos. Si quis detrahat majeſtati cucullæ, tot linguarum ſpiculis confoditur. An hoc expedit populo, ut credat, neminem damnari qui ſepeliatur in veſte Franciſcana? Sed expedit ipſis, qui vivunt, imo laſciviunt ex publico. Verum interim ubi charitas illa, quam profitentur, apoſtolica, quæ non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti? Non deficiet eos liberalitas populi ſi bene vixerint. Et ſi defecerit, habent ſuffugium, quod Paulus apoſtolus non ſolum indicavit verbis, ſed factis expreſſit. Ille vir tantus, non veritus eſt conſuere coria nocturnis operis: & in tot millibus, quorum bona pars in otio vivit, nullus eſt qui dignetur opera manuaria victum quærere, ſi urgeat neceſſitas? Quis autem coëgit illos abjicere ſua, ut viverent de alienis? An pluris faciunt hominum conſtitutiunculas quam Pauli doctrinam? Iam illud vide quam non ſit æquum: ſi cuipiam illorum benefacias,

cias, non habetur niſi ab uno gratia: ſi quem unum læſeris, univerſus ordo concitatur. Nec minus iniquum & illud, quod pro levi joco dicto in cucullum, regerunt crimina pluſquam capitalia. Etiam atque etiam rogo, ne quis hæc in contumeliam bonorum dicta putet. Amamus pietatem, ſub quocunque pallio, ſub quocunque titulo. Nec iſta dicuntur proprie in iſtos, ſed in univerſos, quibus opus eſt hac medicina. Denique & mihi ipſi hæc dico, ipſe mihi monitor ſum, ut vobiſcum dediſcam obtrectationem, ſicubi ſum obnoxius: quis autem non eſt alicubi obnoxius? Si non ſum obnoxius, ut caveam ne quando incidam in eam foveam. Eſt & aliud obtrectandi genus, figuratum, quod committitur per apoſiopeſin, aut ſignificationem. Congeſſit in me falſa crimina: ego ſcio vera; ſed malo meminiſſe quod me deceat. Illum quidam magni faciunt: At ſi ſcirent quæ ſcio: nihil addam. Et; abſit ut non vercar ea loqui, quæ ipſe non veritus eſt facere. Homines cætera prorſus

ſus ἄμικτοι, hic tenent ſchemata rhetorum. Illud ridiculum, quod cum nuſquam non effutiant animi pus, tamen apud ſingulos dejerant ſe nulli præterea dixiſſe, aut dicturos eſſe, & à ſingulis ſtipulantur ſilentii ſacramentum, cum ipſi ne confeſſionis quidem, quam ut ſacramenti partem tuentur, fidem habeant in religione. Secreti ſigillum vocant quod rumor eſt; & ſecreti fides non alio proficit, quam ad impunitatem, & fidem ſycophantiæ. Si mordeat, inquit Eccleſiaſtes, coluber in ſilentio, nihil minus eo habet qui occulte detrahit. Nonnunquam & bonis viris in rem peſſimam abutuntur, præſertim ſi quos noverint linguæ futilioris. Apud hos clam deplorant vitam huius aut illius, ut non obtrectare ſed mederi velle videantur. Ille non intelligens fucum ſycophantiæ, quod ſimpliciter accipit, perſuadet aliis, & illi rurſus aliis: ita traducitur innocuus artificio ſceleratæ linguæ, atque obiter inficiuntur audientium aures, lue ab aliis ad alios proſerpente. Si flagi-

ſlagitium eſt in proximum cum opus non eſt evomere probra vera, quanto turpius eſt incerta pro compertis affirmare? Sed longe turpiſſimum eſt malitioſe confingere crimina, quibus jugules proximum, quia gladio non licet. Charitas benigne interpretatur & mala, ſuſurro etiam bene facta dictaque depravat. Et hoc ſceleratior eſt ſuſurro, quam calumniator, quod ex palam intentato crimine, monetur is qui calumnia petitur ut ſe corrigat, ſi ſibi male conſcius eſt, & monetur quidem ab inimico inimice, ſed beneficium cum eſt opus undelibet accipere gratum eſt: ab inimico ſane melius accipitur hoc nomine, quod qui accipit liber eſt ab onere referendæ gratiæ. Cæterũ obtrectator clancularius hoc pro viribus agit, ut probrum alterius ſciant omnes, ſolus ipſe neſciat quem unum referebat ſcire. Inter homicidas minus execrabilis eſt, qui palam ferro adoritur hominem, propterea quod id faciat ſuo quoque periculo: ita minus eſt deteſtabilis calumniator, quod alium

alium impetit non ſine periculo redituræ ad ipſum talionis. Cum obtrectatore ſi velis agere, quando deprehendas auctorem ſycophantiæ, quæ per centeſimum vix ad te pervenit, & qui primus dixit, dixit uni, dixit ſtipulatus ſilentii fidem, dixit præmiſſo verbo, Benedicite: licebit omnibus inficiari. Quod ſi totum crimen inficiari non licet, negat ſe ſic dixiſſe, quemadmodum delatum eſt, & fingunt novam orationis formam. Hic mendacio patrocinatur vulgo notum humanæ memoriæ lubricum. Cur autem pudeat iſtos hoc inficiari, quod uni clam, aut in convivio paucis dixerunt, cum paſſim inficientur quod in publicis prælectionibus, aut etiam concionibus, deprædicarunt? Quod tamen nulli faciunt impunius quam iſti, quibus cuculla clypei loco eſt. Volitant ſurſum deorſum toto terrarum orbe: quocunque ſe conferunt, domi ſunt. Habent enim non ſolum ſodales ejuſdem cultus, verum etiam domos habent ac mulierculas oneratas peccatis ac fautrices ordi-

nis, quas in hoc lactant & captant. Itaque quoties viſum eſt iſtis inſigniter è ſuggeſto debacchari in quempiam, ſubornant ſcurram ad quodvis facinus promptum: locus dicendi datur cucullæ, non homini. Nam eo delapſa eſt religio Chriſtiana. Ille deblaterat digna atque indigna, ſceleratam peragens fabulam. Quod ſubſiſtit, loco debet & populi modeſtiæ. Atqui loci religio non ſubvenit illis, qui in ipſo loco facinus admiſerunt, veluti non eſt homicida tutus in loco ſacro, qui illic occidit hominem. Age cum ſycophanta, at ille jam alio demigravit, aut certe demigraſſe dicitur. Age cum priore, reſpondet: Non eſt hujus collegii, nec ſuſpicabar illum talia dicturum. Ut jam maxime teneas auctorem calumniæ, quo trahes illum in jus? A profanis judicibus & epiſcopis ſexcentis diplomatibus exempti ſunt: quidam etiam à jure ſui ordinis. Quærendus igitur provincialis, aut vicarius, aut generalis, ut ipſi vocant. Horū alius in alium rejicit cauſam, ſuæ quibuſque cucullæ

faven-

faventibus, etiamſi factum non poſſint defendere. O religionem profanam, ô columnas eccleſiæ, ô terræ ſalem. Non hæc, inquam, dicuntur in omnes. Nam hoc mihi crebro repetendum eſt. Sed inter hos boni qui ſunt, cur muſſant ad hæc facinora? Quin tales vel ejiciunt, vel coërcent? Sed plures ſunt mali: & inter illos peſſimi quique rem gerunt. Expendendum igitur, num ob paucos bonos quidem ſed oppreſſos expediat tot agmina malorum alere, qui bonorum etiam pietate bonaque fama abutuntur ad ſuam malitiam. Quid fingi poteſt magis indecorum? Cinericia veſte profitentur euangelicam ſimplicitatem, & in lingua circumferunt diabolicã verſutiam. Baſiliſcus omnibus venenis formidini eſt. Iſtorum technas metuunt etiam aulici, metuunt & principes homines innocuos & inermes, niſi quod linguam circumferunt. Oſtentat ſe veſte candida, & in lingua deferunt ſuccum loliginis ac ſepiæ. Alii pullis veſtibus profitentur ſeſe mortuos mun-
 do,

do, cum mortui fraternæ charitati vivant calumniç & obtrectationi. Vēdunt ſua jejunia, ſed interim non jejunant à mendaciis ac maledictis. Venter rugit ob inediam, lingua temulenta eſt. Abſtinent ab eſu carnium, at interim non verentur arrodere carnes proximi ſui. Continent dentes à morſu pecudum, & dentem viperinum infigunt proximo. Parcunt bubus & ovibus, & non parcunt fratri pro quo mortuus eſt Chriſtus. O phariſaicam ac præpoſteram religionem. Religio eſt curare ægrotum in ſabbato, nec eſt religio per calumniā moliri necem innocenti ſabbato. Quorſum mihi jactas ventrem leguminibus & piſcibus alitum, ſi linguam habes carnivoram? Non mordes gallinam, & mordes fratrem? Non vulneras ovem, & vulneras proximum? Non comedis viſcera pecudis, & cōedis viſcera fratris? Mordet enim omnino, mordet, vulnerat, & comedit fratrem quiſquis obtrectat fratri. Sic enim Paulus ſcribit Galatis: Quod ſi invicem mordetis & comeditis

ditis, videte ne mutuis morſibus conſumamini. Quid prodeſt carnem fugere, ſi ipſe totus es caro? Ex fructibus, inquit, eorum cognoſcetis eos. Atqui detrectatio inter opera carnis vel principatum obtinet. Nihil enim magis adverſatur charitati ſpiritus, quam invidere fratri, odiſſe, obtrectare, infamare. Quorſum attinet verbis profiteri Chriſtum, cum re diabolum agas? Abhorres à diaboli nomine, & crucem imprimis fronti, atque hoc ipſum es quod execraris. At fortaſſis hic locum habet quod ſcripſit ſapiens Hebræus: Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipſe animam ſuam. Obedis homini præſcribenti ne cœnes, & non obedis Deo toties vetanti ne obtrectes proximo? Quoties enim præcipit proximi dilectionem, toties prohibet obtrectationem. Quid refert te cella anguſta claudi, ſi virulenta lingua, ſi libellis ſycophanticis per orbem volites? Iactas pſalmos & hymnos, quo Deo canis, ſed eadem lingua canis cantionem diabolo gratiſſi-

tiſſimam, obtrectans proximo, ſed eadem lingua qua Deo verbotenus benedicis, Dei membris maledicis. Obſervas ſilentium quod indicit homo, atqui in hoc indixit homo, ut dediſceres obtrectationem. In hoc indixit ſermonis jejunium, non ut avidius temet ingurgitares ineptis ſermonibus, ſed ut conſueſceres de rebus etiam honeſtis moderatius ac circumſpectius dicere. Rides ac damnas iſtorum jejunium, qui inedia provocata orexi, bibunt eduntque intemperantius. At tale tuum eſt jejunium linguę. Rogarit hic quiſpiam: Quid igitur? damnas cultum, ſolitudinem, jejunia, & obedientiam monachorum? Ego vero laudo veluti pædagogen imbecillium, donec proficiant ad provectiora: ſuperſtitionem vel hypocriſim potius iſtorũ damno, qui quam ſunt in rebus externis religioſi, tam ſunt irreligioſi in his, quæ ſunt veræ pietatis. Eos inquam damno, qui conſtitutionibus ad inſtituendam infirmorum infantiam repertis, abutuntur ad præ-

textum ſuæ malitiæ. Pie jejunat, qui per jejunium diſcit temperare, cum cæteris membris, tum præcipue linguæ. Pie obedit præceptis humanis, qui per hoc diſcit parere legibus divinis. Utiliter geſtat veſtem candidam, qui per hanc admonetur præſtare candidos mores. Pie canit hymnos Deo, qui per hoc aſſueſcit non vibrare linguam maledicam in proximum, ſed benedicere Deo in proximo, & proximo benedicere propter Deum. Utiliter ſe condit in cella, qui per ſolitudinem diſcit animi cogitationes ab hujus mundi ſtrepitu ad ſimplicitatem colligere. Recte ſervat ſilentium ab hominibus indictum, qui per hoc diſcit nunquam laxare linguam, niſi cum aut urget neceſſitas, aut invitat magna quædam utilitas proximi. Ut enim nemo recte imperat, niſi prius imperatis parere didicerit: ita nemo recte loquitur, niſi prius didicerit ſilere. Nam apud oratores fortaſſe verum eſt quod dicunt, dicendo fieri ut bene dicamus. Apud pios cōtra ex ſilēdo fit, ut bene-

dicamus. Verum quale cor eſt, talis eſt lingua: ſiquidem ex corde proficiſcitur oratio. Proinde qui cor habent inſtructum pudicitia, modeſtia, charitate erga Deum & proximum, ex hoc velut ex aromatorio vaſculo exhalat gratiſſimus ac ſaluberrimus odor caſti benignique ſermonis. Contra qui cor habent plenum odii, livoris, arrogantiæ, ac malevolentiæ, quoties aperiunt os, halitum efflant tetrum ac peſtilentem. Sepulchrum, inquit, patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant, venenum aſpidum ſub labiis eorum. Itaque qui ritibus, cultibus, & ceremoniis profitentur abſolutam pietatem, cum linguam habeant petulantem ac maledicam: quid aliud ſunt quam ſepulchra dealbata, ſed aperta? Obturas nares ad exhalationem cloacæ, aut ſepulchri, & non obturas aures ad longe peſtilentiorem exhalationem obtrectatoris? Nemo libenter habet ſedem juxta paludem, aut cloacam publicam, ne ex vicinia contrahat luem corporis: & cum obtrecta-

trectatore libenter habes conſuetudinem? Nemo libenter audit cominus loquentes qui ex corruptis viſceribus animam exhalant gravem, quod medici prædicent, corrupti ſpiritus contagium nocere vicinis: & tu te tutum putas aſſidue verſans cum homine maledico? Eſt obtrectandi genus, cum noſtram culpam in alios transferimus. Didicerat hoc Adam à diabolo: Mulier quam dediſti mihi, ſeduxit: Et mulier, Decepit, inquit, me ſerpẽs. Imo ſic obtrectamus Deo, & in opificem optimum, malorum noſtrorum cauſas rejicimus. Dederat mulierem, ſed ut tu illi dux eſſes ad pietatem, non ut illi comes eſſes ad impietatem. Finxerat ſerpentem, non ut illi plus fideres quam Deo, ſed ut in omni genere animantium admirareris opificis ſapientiam. Phariſæus ille euangelicus etiam inter preces & gratiarum actionem obtrectat publicano cæteriſque mortalibus, & obtrectat apud Deum: Non ſum ſicut cæteri homines, raptores, injuſti, adulteri, velut etiam hic publicanus.

Imitantur hoc genus & noſtri phariſæi, ſed ſceleratius. Phariſæus enim tantum peccat arrogantia, iſti Phormiana malitia: Oremus, inquiunt, pro omnibus qui benefaciunt nobis, ut Deus ſervet ab hæreſi tali. Et orandum eſt, ut Deus quemadmodum convertit Paulum, ita convertat omnes qui amant Græcas literas ad mentem ſaniorem, ex quibus naſcuntur hæreſes. Atque interim ſibi faceti quoque videntur cucullati ſcurræ. Nec pudet cum hujuſmodi factis frequenter accedere ad menſam Dominicam, ac linguis putidis contingere ſacroſanctum Domini corpus. Sed ſibi perſuadent eos eſſe dignos in quos talia dicunt. Hoc illis odium perſuadet, quod cæcum eſt, & judicio caret. Ita ſibi blandiuntur & latrones: hic abbas plus ſatis habet, & ad luxum abutitur quod habet, dignus eſt qui ſpolietur. Ita frequenter monachos quoſdam in vehiculis aut è ſuggeſto loquentes audire eſt: Homines ſumus. Oritur nonnunquam inter nos murmur & obtrectatio:

tio: non eſt hoc vitium tam grave quam quidam exiſtimant: Humanus eſt lapſus. Hæc ita prædicant, quo populo perſuadeant nullum aliud inter ipſos vitium inveniri, quam vulgarem obtrectationem. quod utinam vere prædicarent. Sed qui ſic exaggerant aliorum errata, qua fronte ſuum extenuant malum? Invertant manticam, ſi vere religioſi volunt haberi. Excuſet eleverque Chriſtiana charitas proximi malum, in ſua vitia ſint cenſores rigidi. Quam ſeditioſe debacchantur in concubinarios ſacerdotes: hic terrent omnes amplificandi formas quas docent rhetores, nec verentur apud populum aſſeverare, mulierem quæ dormit cum ſacrifico, gravius peccare quam ſi coiret cum animante bruto. Non hæc à me finguntur. Vox iſta audita eſt in publicis concionibus. Ubi ventum eſt ad ipſorum flagitia, quæ manifeſtiora ſunt, quam ut inficiandi ſit locus, tum quod in aliis expiabilis erat impietas, ſit lapſus humanus, ſit imbecillitas humanæ naturæ, ſit erratum

aliis pluribus benefactis condonandum, & ob honorem ordinis ſupprimendum. Cum fraudatus eſt creditor, aut mercenarius, cum interverſum eſt depoſitum, aut interceptum teſtamentum, allegatur favor religionis, reſpondetur Deum non eſſe ſua portione fraudandum. Cum datum eſt venenum, aut intentata calumnia capitalis, allegatur zelus, & hoſtis eccleſiæ proſcribitur, quiſquis parum favet his, qui nutantem eccleſiam humeris ſuis fulciunt. Et habent arcana dogmata, quæ non communicant niſi myſteriis iiſdem initiatis. In his eſt, ut ajunt, fas piumque eſſe veneno clam dato tollere, qui peſtem moliatur eccleſiæ. Certiſſimam autem eſſe peſtem eccleſiæ, ſi quid decidatur ipſorum commodis vel auctoritati. At Paulus in gentibus elevat idololatriam cum tota illa criminum abominabilium lerna, allegans tempora ignorantiæ, quibus Deus iſta quodammodo diſſimulavit. Petrus impium facinus Iudæorum, quo Dominum gloriæ damna-

tum

tum in crucem egerant, excuſat, imputans ignorantiæ quod acciderat. Paulus obſtinatam Iudæorum malitiam quoniam excuſare non poteſt, oratione mitigat, appellans excæcationē ex parte & ad tēpus, quo ſuſtinerentur ab aliis donec reſipiſcerent. At in ſui ordinis homines quomodo tonat ac fulminat? Ubi non deſtomachatur in pſeudapoſtolos? Appellat illos ventris mancipia, inimicos crucis, canes, ac malos operarios. Si Paulus Apoſtolus recte vociferatur in pſeudapoſtolos, ne falleretur illorum technis ſimplex Chriſtianorum populus, non oportuit vere monachos in ullos magis ſævire lingua, quam in pſeudomonachos. & hic magis erat habenda ratio publicæ ſinceritatis, quam privatæ ſaturitatis. Verum ne longius recedamus à linguæ vitiis, calumnia, & obtrectatione. Laqueo ſtrangulatur, qui furto minuit rem alienam: & obtrectator qui deſtinata malitia, omni genere calumniarum, manifeſtis mendaciis debacchatur in famam proxi

mi, nec à libellis famoſis & anonymis temperans, quo latius dimanet venenum, ut purus accedit ad menſam Dominicam, & laudatur zelus Dei. Atque rem chariorem eripit, qui famam eripit, quam qui pecuniam. Olim fur reddebat quadruplum, ut expediret fuiſſe compilatum. Quid reſtituet calumniatrix ac maledica lingua? Aut qua penſatione damnum datum ſarciet? Iam ſi impium eſt, malefactis; hoc eſt, damnis illatis, aut pulſatione contriſtare fraternum animum; qui generoſæ ſunt mentis, magis commoventur maledictis quã malefactis, & citius reconciliantur iis, qui compilarint ſcrinium, aut vulnus inflixerint corpori, quam qui famæ labem aſperſerunt. Nemo fert adulteratam uxorem aut filiam: ſed gravius eſt adulteraſſe famam. Leges ſæviunt in eos qui dederint toxicum, at nocentius venenum dat obtrectator. Animus eſt idẽ dantis venenum & calumniantis, uterque molitur exitium: ſed ſæpius occidit calumniatrix lingua, quàm veneficium. Nam vene-

venenum ſæpenumero vertitur in remedium. Iam ut occidat venenum, non occidit niſi cui datum eſt: linguæ virus ad quamplurimos dimanat, nec eſt in manu illi qui dedit cohibere curſum mali longe lateque vagantis, nihilo magis quam his qui fontem publicum infecerunt. Et qui nihil aliud agunt in vita, quam ut optimo cuique ſuum virus afflent, blandiuntur tam exitiabili flagitio, nec animadvertunt quantopere deteſtati ſint hunc morbum egregii viri, quorum pietas eſt nobis ſacrarum literarum teſtimonio commendata. Ne declines, inquit David, cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis. Si vere religioſi videri volumus, audiamus Solomonem ſalubriter admonentem: Remove à te os pravum, & labia detrahentia ſint procul à te. Ne blandientes nobis ipſis, arbitremur vitam noſtram eſſe acceptam Deo, qui Deus eſt pacis & charitatis, ſi linguam habeamus fraternæ charitatis diremtricem, odiorum ac malevolen-

tiæ architectricem. Sex ſunt, inquit Solomon, quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima ejus: oculos ſublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium ſanguinem, cor machinans cogitationes peſſimas, pedes ad currendum in malum, proferentem mendacia, teſtem fallacem, & eum qui ſeminat inter fratres diſcordias. Vides ut obtrectatorem conjunxit cum homicidis, & velut omnium ſceleratiſſimum extremo loco commemoravit. Sunt vitia quæ Deo quidem nos reddunt inviſos, cum benevolentiam concilient apud homines. quod genus eſt profuſio, & in conviviis ſplendor & luxus. Cæterum obtrectatio etiam malis hominibus inviſa eſt. Docet hoc Sirach ille, non minor inter ſapientes Hebræorum, quam Thales inter Græcorum: Suſurro, inquit, coinquinabit animam ſuam, & in omnibus odio habebitur, & qui permanſerit, odioſus erit: tacitus & ſenſatus honorabitur. Quanquam hic locus apud Græcos aliter legitur: Suſurro inqui-

inquinat ſuam ipſius animam, & in vicinia odio habebitur. Vetus eſt proverbium, πῆμα κακὸς γείτων, Peſſimum autem vicinum habet qui habet ſuſurronē. Suſurro enim, ut idem dicit alibi, & bilinguis, maledictus: multos enim turbat pacem habentes. Ageſilaus Lacedæmoniorum rex, ſolitus eſt dicere: ſi quando contingat audire hominem laudantem aut vituperantem quempiam, non minus eſſe ſpectandos mores eorū qui dicūt, quam de quibus dicitur. Etenim qui laudat improbos aut improbe facta, declarat ſeſe aut ſtultū eſſe aut improbū. E diverſo qui vituperāt bonos aut benefacta, non ſolum retegit illos de quibus prædicat, verum etiam ſuos ipſius mores prodit. Obtrectator autē nulli cordato non eſt inviſus, dum ſibi quiſque metuit, ſic cogitans, ſimilia de me diceres, ſi abeſſem. Antigonus abuſus perfidia cujuſdam ad prodendum hoſtem, admirantibus amicis, quod potitus iis quæ voluit, nullam gratiam referret, reſpondit: Sibi proditores eſſe tantiſper charos, dum

digne fert inter Chriſtianos hanc inveniri peſtem. Sic enim ſcribit Corinthiis. Timeo ne forte cũ venero, non quales volo inveniam vos, & ego inveniar à vobis qualem non vultis, ne forte contentiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, detractiones, ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones ſint inter vos: ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos. Videtis in quo comitatu incedat detrectatio, videtis quam hoc malum non ut vulgare ac leve negligat. Paulus Apoſtolus ex præcepto Domini non vult Chriſtianos idololatris maledicere, ſed potius pro maledictis referre benedicta. Sic enim ſcribit Romanis: Benedicite perſequentibus vos; benedicite, & nolite maledicere. At quid diceres, ô Paule, ſi videres nunc Chriſtianos à Chriſtianis, cõturbernales à cõtubernalibus, theologos à theologis, ſacerdotes à ſacerdotibus; monachos à monachis, deniq; defunctos à vivis, rabie canina, allatrari, morderi, dilacerari? Si obſurduimus ad leges Chriſti,

Chriſti, ſi contemnimus tanti Apoſtoli monita, ſaltem audiamus leges Solonis. Cavit defunctis, cavit & abſentibus. Si quis in loco ſacro, ſi quis in judicio, ſi quis apud magiſtratum, aut in conventu populi ad publica certamina congregati convitium dixiſſet in quēpiam, cogebatur ei quem attigiſſet convitio, tres drachmas, ærario duas pendere. Quis locus, quod tempus nobis tam ſacrum eſt, ut religio ſit in proximum maledicta congerere? Olim nefas erat ab aris detrahere nocentem. Nunc ex ipſis aris linguæ telo proximum impetimus. O membrum anceps, unde tanta ſcatet peſtis vitæ mortalium, unde rurſus tanta manet utilitas, ſi quis ut oportet moderetur. Verbum, inquit ſapiens noſter, malum immutabit cor. ex quo partes quatuor oriuntur, bonum & malum, vita & mors, & dominatrix illorum eſt aſſidua lingua. Ad utrumque pariter principatum habet lingua, ſive ſervare velis, ſive perdere. Sed hanc ſententiā æmulatus eſt ex Solomone,

qui

qui ſcribit: Mors & vita in manibus linguæ: qui diligunt eam, comedunt fructus ejus. Mundus malorum eſt mala lingua. ſed è diverſo,

> Γλώσσης μὲν θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος
> φειδωλῆς, πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης.

Ate eſt lingua, ſi careat gubernatore: Copiæ cornu eſt, ſi recte utaris. Eris eſt, jurgiorum excitatrix, ſed eadem eſt gratia benevolentiæ conciliatrix. Erinnys eſt, omnium malorum invectrix, ſed eadem tranquillat omnia. Venenum aſpidis eſt, ſi adſit malus animus, panacea eſt, ſi bona mens illam moderetur: bellorum ac ſeditionum fons eſt, ſed eadem pacis & concordiæ parens eſt. Subvertit civitates & regna, verum eadem condit & ſtabilit. poſtremo mortis eſt architectrix, ſed eadem vitæ largitrix eſt. Vena vitæ, inquit Solomon, os juſti. Non ſine cauſa Paulo placuit ille comicus verſiculus:

> *Mores bonos colloquia corrumpunt*
> *mala.*

Sed idem non improbaſſet hunc verſiculum: Ægroto animo medicus eſt

oratio.

oratio. Vehemens animi morbus eſt ira: At ſermo mollis frangit iram. Lingua Nabal provocarat animum David ad facinus immane, ſed lingua Abigail reſtinxit excitatum incendiũ. Nec diſſimulavit David, quantum debuerit hujus mulieris linguæ: Benedictus, inquit, Dominus Deus Iſrael, qui miſit te hodie in occurſum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu quæ prohibuiſti me hodie ne irem ad ſanguinem, & ulciſcerer me manu mea. Quid hic vobis referam Græcorũ proverbium: Lingua quo vadis? Subverſura civitatem, & erectura civitatem. Quid eſt præclarius quã, extructa civitate, homines, ferarũ ritu viventes, in legum, mœnium, religionis ac fortunarum ſocietatem redigere, & ex hoſtibus reddere cives? Hoc quoniam non alia re magis præſtatur quam placida lingua, veteres fingunt à Mercurio conditas civitates: ſed eadem lingua demolitur quod extruxit, ſi ſeſe verterit ad nocendum. Dicat igitur hoc ſuæ quiſque linguæ,

quoties

quoties rapitur ad loquendum, quoties titillatur ad calumniandum, ad obtrectandum, ad obſcœniloquium: Lingua quo vadis? utrum prodeſſe paras, an lædere? Sed quid opus hæc ex gentium monumentis repetere, cum divus Iacobus tam graphice tamque copioſe, vim ancipitem linguæ depinxerit? Primum igitur ex hoc diſcamus, quantum adferat utilitatis linguæ moderatio. Si quis, inquit, verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. Poteſt etiam freno circumducere totum corpus. Si autem equis frenum in ora mittimus, ad conſentiendum nobis, totum corpus illorum circumferimus. Et ecce naves magnæ cum ſint, & à ventis validis agantur, circumferuntur modico gubernaculo quocunque dirigentis impetus voluerit. Amove nauclerum peritum à clavo, periclitantur omnes qui navi vehuntur: ſubmove rationem à lingua, periclitatur tota domus aut civitas: exime frenum ex ore equi, periclitatur & equus & ſeſſor: permitte linguam ſuæ libidini, nulli non

non adfert perniciem. Nunc audi quantam adferat rebus calamitatem mala lingua. Ita & lingua, inquit, puſillum quidem membrum eſt, ſed magna jactat. Ecce quantulus ignis, quam magnam ſylvam incendit? Et lingua ignis eſt, univerſitas iniquitatis. Sic lingua conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam nativitatis noſtræ, inflammata à gehenna. Omnis enim natura beſtiarum & volucrum & ſerpentum domantur, & domitæ ſunt à natura humana: linguam autem nullus hominum domare poteſt. Inquietum malum, plena veneno mortifero. Ea laudamus Deum & Patrem, & eadem vituperamus homines, qui ad imaginem & ſimilitudinem Dei facti ſunt. Ex eodem procedit benedictio & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. Nunquid fons ex eodem foramine profert amaram, & dulcem aquam? Nunquid poteſt, fratres mei, ficus uvas facere, aut vitis ficus? Sic nec fons dulcem ac ſalſam poteſt edere aquam.

Et nos nobis videmur pulchre reli-
gioſi phariſaicis quibuſdam fucis,
cum ignem gehennæ circumferamus
in linguâ, cum aliud ſtantes, aliud
ſedentes loquamur, cum linguam
ſubinde vertamus in plures ſpecies,
quam ullus ſe vertat polypus? Unde
autem hæc inconſtantia? Quia non
habemus cor ſimplex. Nec mirum eſt
eſſe bilingues, eos qui non unum ha-
bent cor. In corde, inquit, & corde
locuti ſunt. At quoſdam nunc non
bilingues ſed centilingues eſſe dicas,
quos oportet totidem habere corda,
cum interim nullum habeant cor.
Quiſquis baptiſmum accepit, reli-
gionem profeſſus eſt: audiat igitur
omnis quidem Chriſtianus, ſed in-
primis qui peculiaris cujuſdam reli-
gionis profeſſione gloriatur. Si quis,
inquit, putat ſe religioſum eſſe, non
refrenans linguam, ſed ſeducens cor
ſuum, huius vana eſt religio. Ana-
charſis cum cœnaſſet apud Solonem,
hoc geſtu repertus eſt dormiens, ut
dextram admotam haberet ori, ſini-
ſtram pudendis, videlicet ipſa re do-
cens,

cens, duo membra maxime eſſe rebellia: linguam ac pudenda. Factum eſt hoc à philoſopho Scytha, ethnico & barbaro, probatum eſt ab ethnicis philoſophis, & nos nobis plusquam philoſophi videmur, ſi veſte tantum differamus à planis, ſcurris, & ſycophantis. Plura ſunt quæ de mala lingua dici poterant: ſed periculum eſt, ne, quemadmodum Diogenes, calcans culcitram Platonis, cum addidiſſet, Calco faſtum Platonis, audivit: Calcas tu quidem, ſed alio faſtu: ita mihi dicat aliquis: Debaccharis tu quidem in linguam maledicam, ſed alia maledicentia. Fateor enim & in malis inſectandis modum eſſe debere, niſi quod huius mali nullus eſt modus, hiſce præſertim temporibus. Nunc igitur indicabimus uſum bonæ linguæ, ſimul & adverſus malam linguam remedia commonſtrabimus: quanquam huius quidem promiſſi, bona pars mihi jamdudum præſtita eſt, ſi, quam perniciosa res ſit mala lingua, ſatis explicuimus. Si perſuaſimus quan-

tus ſit fructus ex moderata lingua, quanta pernicies ex effreni, puto vos veſtra ſponte diligenter auſcultaturos, quibus rationibus tantam utilitatem conſequi liceat, tantumque vitare malorum. Iam igitur quemadmodum medicis prior eſt cura tueri corpus à morbis, quam vegetare: aut ſi morbus occupavit, exhauriendis noxiis humoribus inanire, quam ea miniſtrare, quæ ſuccum inſtaurent: ita nos prius conabimur indicare quibus rationibus vitari poſſit, ne mali contagium ad nos ſerpat aliunde: & ſi qua obrepſit, quo pacto poſſit propelli, ac dediſci. Geminum autem hic periculum eſt, unum ex contagio, alterũ ex noxa mali quam infert mala lingua his quos impetit. Ut enim qui cum balbis aſſidue vivit, diſcit & ipſe balbutire: & qui cum lippis habet aſſiduam conſuetudinem, afficitur mali contagio: & ſi proverbiis credimus, qui vicinus eſt claudis, diſcit & ipſe claudicare, ita qui familiaritatem habet cum linguacibus ac maledicis, redditur illo-

rum

rum ſimilis. Nullum enim vitium citius tranſvolat ad alium, quam hoc. Cæterum medendi quoque cura fuerit duplex. Non enim hoc ſolum agendum eſt; ut medeamur noſtro malo, quod contraximus, verum etiam ſi fieri poſſit alieno. Quod ſi deploratum videbitur, fuga fuerit tutiſſima, quæ non hic tantum laudatur in remediis, cum ubique valeat plurimum. Igitur ut hinc auſpicemur medendi rationem, quoties ſenſerimus hominem lingua temulenta, aut obtrectationis ac virulentiæ morbo obnoxium, ſi malum videbitur inveteratum & immedicabile, quamprimum ſubducamus nos ab illius conſortio, non aliter quam fugimus hominem lepra ſordidum, aut peſtilentia comprehenſum. Primum enim qui cum talibus habet conſuetudinem, non ſine famæ ſuæ periculo id facit: quandoquidem talis quiſque ſolet haberi, cum qualibus agit familiaritatem. Nec raro fit ut periculo involvantur, qui proferentem audiere, quæ reticere fuerat tutius. Fre-

quenter & afflantur malo qui conſueſcunt audire garrulos ac futiles. Vitium enim quod prius diſplicebat, primum aſſuetudine minus ac minus offendit, mox etiam dulceſcit & in voluptatem abit ob innatum homini livorem, & curioſitatem aliena cognoſcendi mala. Hic ſi vere Chriſtiani ſimus, audiendus eſt Paulus Apoſtolus, qui Corinthios ac per illos omnes nos ſalubriter admonet, dicens: Si is qui frater nominatur, inter vos eſt ſcortator, aut avarus, aut ſimulacrorum cultor, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum hujuſmodi nec cibum ſumite. Iam mihi conſiderate quanta ſit peſtis maledicentia, quæ, auctore Paulo, tanto pacis ac mutuæ benevolentiæ præcone, dirimat inter Chriſtianos etiam menſæ conſortium: cum idem uxorem Chriſtianam nolit ab idololatra viro divertere: nec ſervum Chriſtianum ab impio Domino diſcedere. Deinde ſignandum & illud, in cujuſmodi catalogo recenſeat linguã maledicam, inter prædones, & idololatras.

tras. Et fortaſſis ab idololatra minus periculi fuerit convictori, quam à maledico. Annotandum & hoc, quod maledicũ & ebrioſum, eodem jugo copulat, vel quod ex temulentia naſcatur linguæ petulantia, vel quod intemperantia linguæ, temulentia quædam ſit, quemadmodum antea dictum eſt. Paulus non vetat, quo minus uxor Chriſtum profeſſa, cibum ſumat cum marito pagano, nec ideo prohibet ne lecto communi jungatur: at Chriſtiano cum maledico Chriſtiano non vult menſam eſſe communẽ. Inſanus habetur qui non vitat ignem, & ſanus videtur qui cum maledicis habet familiaritatem? Cum obortum eſt incendium, & podagricis & claudis ad fugam adeſt celeritas. Atqui ex Iacobo didicimus, malam linguam non eſſe linguam, ſed ignem, unde conflagratio proficiſcitur, non unis jam ædibus, ſed ingentibus regnis; & hinc ignem fovemus in ſinu, nec de fuga cogitamus? Vir, inquit Solomon, inſipiens fodit malum, & labiis ejus ignis ar-

deſcit. Homo perverſus ſuſcitat lites, & verboſus ſeparat principes. Et interim liber ac facetus vocatur, qui revera incendiarius eſt. Si quando ſerpētis ſibilus percuſſit aures, quam velox fuga? & ſecurus audis ſibila virulentæ linguæ? Referunt autem veterum epigrammata, quendam multis annis podagræ vinculis affixum grabbato, cum adrepens vipera ſpiris eſſet complexa tibiam, ſubito morbi veteris oblitum exiliſſe, nec poſtea ſenſiſſe malum. Tantus erat veneni metus: & nos ſecuri vivimus cum homine linguæ procacis ac virulentæ? Atqui docet nos pſalmographus, nullum virus eſſe præſentius: Venenum, inquit, aſpidum ſub labiis eorum. Neque mitius loquitur Deuteronomii cāticum: Uva eorum, uva fellis, & botrus amariſſimus. Fel draconum vinum eorum, & venenū aſpidum inſanabile. Si quis tibi porrigat cyathum felle draconum, aut aſpidum veneno temperatum, non exhorreſceres? At nocentius venenum tibi porrigit obtrectator, convicia.

viciator, ſycophanta, aut adulator? atqui hoc auribus avidis bibimus. Sunt ſpeluncæ, quæ letale virus exhalant. Ab his obturatis etiam naribus fugimus: & verbis maledici præſentis efflantis venenum inhiamus avidi? Sunt paludes quæ mephitim exhalant, etiam avibus forte ſupervolantibus mortiferam: at nocentius eſt virus quod efflat ſpecus oris maledici. Audiſtis: Sepulchrum patens eſt guttur eorum. Nec diſſentit Solomon: Fovea, inquit, profunda os alienæ; cui iratus eſt dominus, incidet. Hanc ſummam recinit capite proximo: Fovea profunda eſt meretrix, & puteus anguſtus aliena. Scortũ fovea eſt, quæ nunquam dicit Sufficit, unde dicas plurimum eſſe periculi viris. Habet & manus furaces, habet ventrem devorantem latifundia. ſed nullum habet membrum lingua nocentius: hac blanditur, hac exagitat animum amantis: hac concitat rixas ac cædes, ferit inimicitias inter uxorem & maritum, inter filium ac parentes. O ſpecum peſtilen-

tem? in hunc incidit, cui Dominus iraſcitur. Quibus autẽ iraſcitur Dominus? Nimirum iis, qui magis auſcultant fictis blanditiis putidi ſcorti, quam præceptis Dei, qui citius obtemperant pellicenti in exitiũ, quam parentibus ad honeſta vocantibus. Quemcunque videris intemperanti lingua, hunc putato tibi ſcortum eſſe, ab hac fovea te ſubducito, ne, quod alibi ſcriptura monet, amans periculum, pereas in illo. Quanta ſolicitudine excutimus, ſi quando obrepſit ſcorpius, priuſquam complexus infligat aculeum: & tu juxta dictum Ezechielis cum ſcorpionibus habitans, venenum habentem ultro complecteris? Paulus in inſula Melite viperam, quæ prorepſerat, hærentem manui, protinus excuſſit in ignem, & nihil ſenſit noxæ; Tu hominem inſtillantem hæreſeos venena lentius foves ac retines, donec totus intumeſcas & incendaris, & concidas malo jam immedicabili. Catonis exercitus fugiens per Libycas arenas invenit remedia adverſus indigenas

beſtias,

beſtias, quandoquidem vitare non licuit: & nos inter tot venena ſecuri dormimus? Nec enim ulla Africæ pars nocentiores habet beſtias, quam omnis vita mortalium, quocunque fugeris. Ambulamus uſque ad mortem in hac ſolitudine magna atque terribili, in qua ſerpentes ſunt flatu adurentes, ſcorpiones ac dipſades, & quo formidabiliores ſint, nullæ omnino aquæ. Ab his tantis malis quis tutus eſſe poſſit, niſi ductorem habeat Deum, qui ſalutarem laticem elicuit de petra duriſſima? Si veri ſumus Iſraelitæ, hoc eſt, ſi Dei præceptis obtemperantes, omnem fiduciam collocamus in illo, nullum veneni genus nobis nocebit. Hoc enim promittit in Pſalmo 90. Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem: Quoniam in me ſperavit, liberabo eum, protegam eum, quoniam cognovit nomen meum. Quod promittit Pſalmus, confirmat ipſe Chriſtus, qui in Pſalmo loquebatur: Signa autem, inquit, eos qui reddiderint, hæc ſe-

quentur: In nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur novis, ſerpentes tollent: & ſi quid mortiferum biberint, non eis nocebit. Quiſquis non receſſit à præceptis Dei, diſceſſit à venenis linguarum. Caro noſtra meretrix eſt, quæ non deſinit nos ad exitiales voluptates ſolicitare, blandiens, minitans, territans, denique nullum non movens lapidem. Itaque cum omnes malas linguas effugerimus, hæc poſtrema erit nobis fugienda. Habet caro linguam ſuam, habet ſpiritus linguam longe diverſam. Caro veteri lingua loquitur, ſpiritus novam habet linguam, ſed ab illa longe diverſam. Si auſcultaris linguæ ſpiritus, effugiſti linguam carnis. Si quid obſtrepit eminus, citra noxam obſtrepit. Audi ſapientis conſilium, indicãtis quid hic fugiendum, quid ſequendum: Fili mi, inquit, attende ad ſapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurẽ tuam, ut cuſtodias cogitationes, & diſciplinam labia tua conſervent. Proverb. 5. Ne intenderis fallaciæ mulieris.
Favus

Favus enim diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur ejus. Noviſſima autem illius amara, velut abſinthium, & lingua ejus acuta ſicut gladius anceps. Pedes ejus deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus ejus penetrant, per ſemitam vitæ non ambulant: vagi ſunt greſſus ejus, & inveſtigabiles. Nunc ergo fili mi audi me, & ne recedas à verbis oris mei, longe fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus ejus. Non verebor hic & ex apologis aliquid admiſcere, quod cum ſacris literis conſentiat. Credidit antiquitas eſſe ſatyros quoſdam in nemoribus, ſemihomines, & ſemicapros, alioqui dicaces. Ex his narrant quendam coactum, hyemis rigore, contuliſſe ſeſe in caſam hominis ruſtici. Receptus eſt ad focum, & ut eſt hoc genus maxime curioſum, animadvertit hoſpitem inflare in manus. Rogavit cur id faceret: Reſpondit: ut calefaciam, inquit, manus meas. Cum accubuiſſent, rurſus hoſpes in polentam plus ſatis fervidam inflavit: Satyrus admirans,

rans, rogavit cur id faceret. Ut refrigerem, inquit, polentam plus ſatis calidam. Tum Satyrus, quid ego audio? inquit, idem ex eodem ore calidum efflas & frigidum? Cum tali animanti mihi non eſt animus habere domeſticam conſuetudinem. Surrexit, ac rediit in ſuam ſolitudinem, potius habens illic algere, quam apud talem hoſpitem refocillari. Quoque minus mirum videatur, hoc admiratum fuiſſe Satyrum, torſit ea res philoſophorum ingenia, quî fiat, ut univerſus halitus ore diducto ſimul emiſſus tepefaciat, contracto per anguſtum efflatus refrigeret. Nos certe monere debet hic apologi non inutilis jocus, ut ab bilinguium commercio nos abducamus; qui dicunt bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Ridentur in cōmœdiis vulgaribus Iani, qui faciem unam oſtendunt à fronte, & alteram ferunt longe diſſimilem à tergo: Aſt animi facies eſt oratio. Quid autem prodi-

prodigioſius quam hanc eſſe tam variam? Apud Solomonem divina ſapientia deteſtatur os bilingue. Deteſtatur & Eccleſiaſticus bilingues, turpius judicans hoc crimen quam furtum. Super furem, inquit, eſt confuſio & pœnitentia, & denotatio peſſima ſuper bilinguem. Nec Paulus fert in epiſcoporum famulitio bilingues. Quoniam autem vix fieri poteſt ut in turba verſans, non incidat aliquoties in homines linguaces: videmus laudatiſſimos viros relictis urbibus in vaſtiſſimas ſolitudines demigraſſe, ſic exiſtimantes innocentiam inter feras tutiorem eſſe quam inter homines. Quod ſi vitari non poteſt, quin tibi res ſit cum multis, inter quos & linguaces ſunt, duplex cura ſupereſt. Primum ut hominis vitio medearis, ſi licet: ſin minus, ne lædaris. Nec enim fruſtra dictum à ſapientiſſimis viris: Neminem lædi poſſe, niſi à ſemet ipſo. Primum itaque fuerit in conciliabulis, in quibus admixti ſunt homines pravæ loquacitatis, occupare ſermones qui ſa-

piunt

piunt pietatem, ne quam anſam arripiat intemperans garriendi quæ non oportet. Excludit ſtultas & infrugiferas fabulas ſacra lectio, aut problema ex eruditorum libris prolatum, quod non exeat in contentionem. Quod ſi cœperit imprudenter ingerere ſuas fabulas garrulus, admonitione coercendus, aut ſalſo dicto perſtringendus. Salſiſſime M. Tullius tetigit quendam Catoni juniori obtrectantem quod totas noctes potaret, At non addis, inquit, quod totos dies ludit aleam. Nam Cato cum totum diem dediſſet civilibus negotiis, ſolitus eſt nonnunquam cum amicis in multam noctem proferre convivium, quod his interdiu vacare non liceret. Aſt obtrectator quod eſt mali excerpit, atque etiam depravat, quod ineſt boni diſſimulat. Lacedæmonius quidam garrulo cuidam percontanti quiddam quod non ignorabat, cum nominis morbum ſenſiſſet, prudens reſpondit diverſum à vero. Cum vero percontator ſubjeciſſet, Mentiris. An non igitur,
inquit,

inquit, ipſe inſigniter ſtultus es, qui percontaris quod ſciebas? Rex quidam Britanniæ, quodam è proceribus in convivio multa garriente in abbatem quendam prædivitem, & commemorante quot genera ciborum, quot miſſus ad unius menſam inferrentur, finxit ſe mirari abbatis ingluviem. Ille vero quo magis delectaret regem hac fabula, quam exiſtimabat eſſe perfacetam, ſtudio exaggerabat omnia, non parum etiam, ut fit, affingens veris. Iam ubi tempus eſſet interpellandi blateronem, rogabat illum rex, abbas ille num gigas eſſet aut cyclops: Reſpōdit, eſſe mediocri ſtatura. Ventrem igitur, inquit, habet prævaſtum. Ait, hac parte non multum præcellere cæteris. Quonam igitur, inquit, recondit tantum ciborum? Mihi non fit veriſimile quod narras. Hic rabula conſtrictus: Non ſolus, inquit, hæc comedit, ô rex, habet convivas multos & familiam numeroſam. Phy, inquit rex, quid igitur novi narras, ſi multos habet cibos qui multos alit?

Alio-

Alioqui quicquid tibi dictum eſt in abbatem, poſſis & in me dicere. Hac arte rex caſtigavit inepti cōvivæ ſtultam loquacitatem. Id ſi fieri non poſſit, aut ſi fruſtra facturus videare, cavendum eſt ne reſpondendo velut alas augeaſque hominis intemperantiam. Sic enim tandem res exit in rabiem, ſive probes quod dicitur, ſive repugnes. Quidam tametſi taceant, tamen arridendo nutuque fovent ineptientem, Citius deſinet ſi triſtis audias quod non recte dicitur, aut ſi ſic audias quaſi non audias, moxque dato ſpatio ſermonem alium injicias, qui male cœptum extundat. Incivile quidem eſt interrumpere ſermonem hominis cordate loquentis, at pium eſt interrumpere fabulas, quæ peſtem afferunt animis auditorum. Novi quendam qui prudenti vafricie deluſit hominem periculoſe loquacem. Cum multa dixiſſet, quæ nec audire ſatis erat tutum; hic interim ceu cogitabundus intendebat codici, quem vel hunc in uſum circumferre ſolitus erat: Cumque rogaretur, qualia viderentur

derentur ea quæ dixiſſet, ille velut experrectus è profundo ſomno: Dabis, inquit, veniam, ne verbum quidem accepi omnium quæ dicta ſunt. Nam interea totus eram Brugis. Huc enim deſtinatus erat orator principis ſui nomine. Siquidem ubi fabula fabulam excipit, ac lebetibus invicem ſeſe contingentibus loquacitas in orbem obambulat, nihil expectandum præter inſanam linguæ temulentiam. Si ſuccinis, Admodum recte, pulchre, lepide: quid audio? quid narras? ſimiliaque: pergit ille garrire. ſi refers ſimilem fabulam, ille pro una regerit duas. ſi repugnes, incrudeſcit pugna. Aut igitur frugiferis ſermonibus ſeu lectionibus excludenda eſt inepta loquacitas, aut admonitione coercenda, aut vultus triſtitia corrigenda, aut ſermonibus melioribus interpoſitis interpellenda, aut ſi nihil aliud licet, certe ſilentio, & auribus alio intentis eſt pudefacienda. Quod ſi ne id quidem datur ut obticeſcas, & aliquid reſpondere cogeris, optimum fuerit, aliquid ἀπροσδιόνυ-

ſpondere, quo vel non animadvertere vel non intelligere quæ dicuntur videaris. Nullus enim ſurdo libenter canit longam fabulam. Profuerit aliquoties & ſomnum ſimulare, ſi alia via non datur elabi. Vehementer autem irritant linguæ petulantiam, qui inter loquendum ad bibendum invitant. Nam hoc prorſus eſt oleum camino addere. Nec enim feliciter ceſſit apud Lucianum Ariſtæneto, quod Alcidamanti Cynico craterem ingentem mero plenum porrigi juſſerit, exiſtimans futurum, ut occupatus deſineret eſſe moleſtus convivis. Siquidem breve ſilentium quod impetrarat vinum, ingens tumultus eſt conſecutus, non aliter, quam qui injecta materia conantur ignem extinguere, reſtinguunt quidem ad tempus flammam, cæterum eadem mox victrix majus incendium movet, & omnia corripit. Porro, ſi qui ſunt in quos nobis eſt auctoritas, in his linguæ vitium vel objurgatione, vel admonitione, vel inſtitutione diligenter corrigendum, velut in liberis,

liberis, diſcipulis, uxoribus: ac famulis. Vulgus enim in liberis verberibus caſtigat reſignatam ſeriam; & negligit eoſdem quidvis effutientes. Furtum punit; mendacium impune ſinit. A teneris igitur unguiculis docendi ſunt, quam indecora, quamque peſtifera res ſit lingua effrenis. Mendacium quidam puniunt, garrulitatem riſu excipiunt in ſuis. Atqui garrulitas præludium eſt vanitatis, vanitas perjurii, perjurium blaſphemiæ. Liberos ac ſervos fere tales habemus quales inſtitutione fingimus. Cato Cenſorius multos bello captos emere conſuevit, ſed ætatis teneræ, quo facilius illos ad ſuos mores formare poſſet. Hos ſic inſtituerat, ut nunquam alienas ædes ingrederentur, niſi juſſu ipſius aut uxoris. Percontantibus quid ageret Cato, nihil aliud reſpondere ſolent, quam ſe neſcire. Amicis huic affinibus morbo civilius fuerit ſecreta admonitione mederi. Aut ſi non videbuntur admonitionis pharmacum laturi, profuerit illis præſentibus filium aut famulum

[illegible] ver-
[illegible] verum.
[illegible], quo-
[illegible] for-
[illegible] ſicut
[illegible] niſi qui
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible], ſ
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible], &
[illegible]
[illegible] quod
[illegible]
[illegible], ſi
[illegible] nari-
[illegible] quod
[illegible] magnum
[illegible]
[illegible] motus
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] illum audiſſet
[illegible]

inter pocula jactantem eadem adoleſcentiæ ſuæ facinora, à quibus ſobrius deterrebat filium. Is mihi, ubi adbibit plus paulo, ſua quæ narrat facinora? Nunc ait, periculum ex aliis facito, tibi quod ex uſu ſiet. Iam apud Plautum, ſenex Demænetus accubans amicæ filii, quam non decore loquitur? Decet verecundum eſſe adoleſcentem, Argyrippe: ſevera vero graviſque admonitio, proficiſcens à ſene, qui ſe tam inverecunde gerebat in oculis filii. Quanquam hoc exemplum quod inducit Plautus incivilius eſt, quam ut conveniat comœdiæ. Et tamen quod in fabula non ferimus, videmus in vita Chriſtianorum. Quas ineptias, quas obſcœnitates nonnulli præceptores ac parentes effutiunt præſentibus diſcipulis ac liberis? Recte monuit Satyricus ille:

Maxima debetur puero reverentia,
ſi quid
Turpe paras; ne tu pueri contempſeris annos.

Imo ſi quando libet nugari lingua, ne tu pueri contempſeris annos, ſed

ablega

æmulum acriter verbis aut etiam verberibus caſtigare ob linguæ vitium. Hac arte pueri regno deſtinati, quoniam hos objurgare aut cædere fortaſſe nec tutum ſit nec utile, diſcunt in aliis cæſis aut objurgatis, quid ipſi commereantur, eadem committentes, ob quæ de illis pœna ſumitur. Licebit & hac arte conſulere pudori amici, quem verearis admonere, ſi velut per occaſionem invitetur ad lectionem operis, in quo graviter reprehenditur intemperantia linguæ. Cæterum apud diſcipulos, liberos, & uxorem ac famulos, illud in primis erit cavendum, ne hoc ipſum quod in illis caſtigamus diſcant à nobis. Objurgatio noſtra caret pondere, ſi quod in aliis deteſtamur, ipſi moribus doceamus. Audit Chremes apud Comicum: Adeon' hoc indignum tibi videtur, filius homo adoleſcens ſi habet unam amicam, tu uxores duas? Nihil pudere, quo ore illum objurgabis? reſponde mihi. Et in alia fabula Clitipho contemnit patris admonitionem, quod illum audiſſet

inter

inter pocula jactantem eadem adoleſcentiæ ſuæ facinora, à quibus ſobrius deterrebat filium. Is mihi, ubi adbibit plus paulo, ſua quæ narrat facinora? Nunc ait, periculum ex aliis facito, tibi quod ex uſu ſiet. Iam apud Plautum, ſenex Demænetus accubans amicæ filii, quam non decore loquitur? Decet verecundum eſſe adoleſcentem, Argyrippe: ſevera vero graviſque admonitio, proficiſcens à ſene, qui ſe tam inverecunde gerebat in oculis filii. Quanquam hoc exemplum quod inducit Plautus incivilius eſt, quam ut conveniat comœdiæ. Et tamen quod in fabula non ferimus, videmus in vita Chriſtianorum. Quas ineptias, quas obſcœnitates nonnulli præceptores ac parentes effutiunt præſentibus diſcipulis ac liberis? Recte monuit Satyricus ille:

Maxima debetur puero reverentia, ſi quid
Turpe paras; ne tu pueri contempſeris annos.

Imo ſi quando libet nugari lingua, ne tu pueri contempſeris annos, ſed ablega

æmulum acriter verbis aut etiam verberibus caſtigare ob linguæ vitium. Hac arte pueri regno deſtinati, quoniam hos objurgare aut cædere fortaſſe nec tutum ſit nec utile, diſcunt in aliis cæſis aut objurgatis, quid ipſi commereantur, eadem committentes, ob quæ de illis pœna ſumitur. Licebit & hac arte conſulere pudori amici, quem verearis admonere, ſi velut per occaſionem invitetur ad lectionem operis, in quo graviter reprehenditur intemperantia linguæ. Cæterum apud diſcipulos, liberos, & uxorem ac famulos, illud in primis erit cavendum, ne hoc ipſum quod in illis caſtigamus diſcant à nobis. Objurgatio noſtra caret pondere, ſi quod in aliis deteſtamur, ipſi moribus doceamus. Audit Chremes apud Comicum: Adeon' hoc indignum tibi videtur, filius homo adoleſcens ſi habet unam amicam, tu uxores duas? Nihil pudere, quo ore illum objurgabis? reſponde mihi. Et in alia fabula Clitipho contemnit patris admonitionem, quod illum audiſſet

inter

inter pocula jactantem eadem adoleſcentiæ ſuæ facinora, à quibus ſobrius deterrebat filium. Is mihi, ubi adbibit plus paulo, ſua quæ narrat facinora? Nunc ait, periculum ex aliis facito, tibi quod ex uſu ſiet. Iam apud Plautum, ſenex Demænetus accubans amicæ filii, quam non decore loquitur? Decet verecundum eſſe adoleſcentem, Argyrippe: ſevera vero graviſque admonitio, proficiſcens à ſene, qui ſe tam inverecunde gerebat in oculis filii. Quanquam hoc exemplum quod inducit Plautus incivilius eſt, quam ut conveniat comœdiæ. Et tamen quod in fabula non ferimus, videmus in vita Chriſtianorum. Quas ineptias, quas obſcœnitates nonnulli præceptores ac parentes effutiunt præſentibus diſcipulis ac liberis? Recte monuit Satyricus ille:

Maxima debetur puero reverentia, ſi quid
Turpe paras, ne tu pueri contempſeris annos.

Imo ſi quando libet nugari lingua, ne tu pueri contempſeris annos, ſed

ablega

mulum acriter verbis aut etiam verberibus caſtigare ob linguæ vitium. Hac arte pueri regno deſtinati, quoniam hos objurgare aut cædere fortaſſe nec tutum ſit nec utile, diſcunt in aliis cæſis aut objurgatis, quid ipſi commereantur, eadem committentes, ob quæ de illis pœna ſumitur. Licebit & hac arte conſulere pudori amici, quem verearis admonere, ſi velut per occaſionem invitetur ad lectionem operis, in quo graviter reprehenditur intemperantia linguæ. Cæterum apud diſcipulos, liberos, & uxorem ac famulos, illud in primis erit cavendum, ne hoc ipſum quod in illis caſtigamus diſcant à nobis. Objurgatio noſtra caret pondere, ſi quod in aliis deteſtamur, ipſi moribus doceamus. Audit Chremes apud Comicum: Adeon' hoc indignum tibi videtur, filius homo adoleſcens ſi habet unam amicam, tu uxores duas? Nihil pudere, quo ore illum objurgabis? reſponde mihi. Et in alia fabula Clitipho contemnit patris admonitionem, quod illum audiſſet

inter pocula jactantem eadem adoleſcentiæ ſuæ facinora, à quibus ſobrius deterrebat filium. Is mihi, ubi adbibit plus paulo, ſua quæ narrat facinora? Nunc ait, periculum ex aliis facito, tibi quod ex uſu ſiet. Iam apud Plautum, ſenex Demænetus accubans amicæ filii, quam non decore loquitur? Decet verecundum eſſe adoleſcentem, Argyrippe: ſevera vero graviſque admonitio, proficiſcens à ſene, qui ſe tam inverecunde gerebat in oculis filii. Quanquam hoc exemplum quod inducit Plautus incivilius eſt, quam ut conveniat comœdiæ. Et tamen quod in fabula non ferimus, videmus in vita Chriſtianorum. Quas ineptias, quas obſcœnitates nonnulli præceptores ac parentes effutiunt præſentibus diſcipulis ac liberis? Recte monuit Satyricus ille:

Maxima debetur puero reverentia,
ſi quid
Turpe paras, ne tu pueri contempſeris annos.

Imo ſi quando libet nugari lingua, ne tu pueri contempſeris annos, ſed

ablega

æmulum acriter verbis aut etiam verberibus caſtigare ob linguæ vitium. Hac arte pueri regno deſtinati, quoniam hos objurgare aut cædere fortaſſe nec tutum ſit nec utile, diſcunt in aliis cæſis aut objurgatis, quid ipſi commereantur, eadem committentes, ob quæ de illis pœna ſumitur. Licebit & hac arte conſulere pudori amici, quem verearis admonere, ſi velut per occaſionem invitetur ad lectionem operis, in quo graviter reprehenditur intemperantia linguæ. Cæterum apud diſcipulos, liberos, & uxorem ac famulos, illud in primis erit cavendum, ne hoc ipſum quod in illis caſtigamus diſcant à nobis. Objurgatio noſtra caret pondere, ſi quod in aliis deteſtamur, ipſi moribus doceamus. Audit Chremes apud Comicum: Adeon' hoc indignum tibi videtur, filius homo adoleſcens ſi habet unam amicam, tu uxores duas? Nihil pudere; quo ore illum objurgabis? reſponde mihi. Et in alia fabula Clitipho contemnit patris admonitionem, quod illum audiſſet

inter

inter pocula jactantem eadem adoleſcentiæ ſuæ facinora, à quibus ſobrius deterrebat filium. Is mihi, ubi adbibit plus paulo, ſua quæ narrat facinora? Nunc ait, periculum ex aliis facito, tibi quod ex uſu ſiet. Iam apud Plautum, ſenex Demænetus accubans amicæ filii, quam non decore loquitur? Decet verecundum eſſe adoleſcentem, Argyrippe: ſevera vero graviſque admonitio, proficiſcens à ſene, qui ſe tam inverecunde gerebat in oculis filii. Quanquam hoc exemplum quod inducit Plautus incivilius eſt, quam ut conveniat comœdiæ. Et tamen quod in fabula non ferimus, videmus in vita Chriſtianorum. Quas ineptias, quas obſcœnitates nonnulli præceptores ac parentes effutiunt præſentibus diſcipulis ac liberis? Recte monuit Satyricus ille:

Maxima debetur puero reverentia, ſi quid
Turpe paras; ne tu pueri contempſeris annos.

Imo ſi quando libet nugari lingua, ne tu pueri contempſeris annos, ſed ablega

ablega quoquam aurem quamlibet teneram: etiamſi mollisſimam eſt, talem eſſe perpetuo, qualis haberi cupias tuis. Quam male conſulunt pudicitiæ virginum ſuarum, qui præſentibus illis efferunt parum verecundas fabulas. Memoratur & illud inter eximias laudes Catonis ſenioris, quod ipſe ſumma cura liberos ſuos erudierit atque inſtituerit, nulli pædagogo ſatis fidens. Apud hos non aliter vitabat obſcœnum verbum effutire, quam ſi cum virginibus Veſtalibus colloquium habuiſſet. Idem Cenſor ſenatu movit T. Manlium, quod uxorem oborto tonitru pavidam in convivio complexus fuiſſet præſente filia. Sapiens ille Sirach non permittit patri, ut vultu parum ſevero filias ſuas intueatur, adeo tenera fragiliſque res eſt virginitas: Filiæ, quit, tibi ſunt; ſerva corpus illarũ, t non oſtendas faciem hilarem ad illas. Olim apud Romanos ſoceri cum generis non ingrediebantur balneum. Nunc cum uxoribus & ſororibus bal- m intramus, quaſi ſtudeamus eas

proſti-

proſtituere, ac liberis arbitris quid non dicimus ac facimus cum uxoribus, ne dicam ſcortis, quos quidam etiam in lectum communem recipiunt, conſcium voluptatum connubialium. Et poſtea mirantur ſi parum caſtos habent liberos, quos ſic à teneris inſtituunt. Natura garrulum eſt ſervorum ac mulierum genus. Ab his qua fronte exiges linguę continentiam, ſi te ſubinde viderint nihil non effutientem? Et miramur nos habere famulos parum morigeros, ſi quid recte præcipimus, cum hos nugarum noſtrarum habere gaudeamus non conſcios modo, ſed & miniſtros? Proinde non ſolum caſtigandi ſunt, ſi prodiderint arcanum, ſi mentiantur, ſi calumnientur, ſi ſugillent alterius famam, ſi quid ſpurce dixerint, verum etiam ſi nugentur otioſa, ſi non interrogati reſponderint, ſi rogatis pluribus reſponſionem occuparit natu minor, aut ſi præceps ad reſpondendum fuerit, non ſatis intellecta ſententia percontantis, ut mox audiat illud è proverbiis ἄμας

ἀπήντων, aut ſi circumſpectius reſponderit, aut ſi pluribus quam res poſtulabat. Non abs re fuerit hic referre quod de Piſone narrat Plutarchus, qui cum ob cerebri, opinor, debilitatem, non ferret ſervorum loquacitatem, præcepit illis ne quando loquerentur, niſi ab ipſo interrogati, nec amplius reſponderent, quam de quo rogarentur. Evenit deinde, ut Clodium honoris gratia vocaret ad convivium: & curarat apparatum tali magnate dignum. Itaque cum jam veniſſet cœnandi tempus, aderant quidem reliqui convivæ, ſolus Clodius cujus gratia cæteros invitarat, expectabatur. Interim ſubinde ſervum nomenclatorem emittebat, exploratum num veniret. Ubi vero jam emineret nox, nec ſpes eſſet venturum Clodium. Tandem ad ſervum converſus Piſo: Nonne, inquit, vocaſti Clodium? Vocavi, inquit. Cur igitur non venit? Quia excuſavit. Quamobrem iſtuc non ſtatim dicebas? Quoniam, inquit, hoc non percontabaris. Ridetur caſus, ſed tamen

men laudatur ſervi continentia. Quamquam huiuſmodi non arbitror temere reperiri, qui peccent in eam partem. Proinde multo commodioribus utemur amicis, uxoribus, liberis, famulis, ac diſcipulis, ſi hiſce rationibus illos inſtituerimus ad linguæ frugalitatem. Id facilius præſtabimus, ſi qui malis alienis mederi paramus, ipſi morbo vacemus. Qua de re jam dudum interpellat tempus, ut aliquid dicamus. Linguæ morbus in hominibus, aut eſt à natura inſitus, aut ex aſſuetudine acceſſit, aut naturæ vitium corruptus convictus & garriendi aſſuetudo confirmavit. Exiſtimant enim medici, & illud ad medendi rationem pertinere, ſi morbi cauſam & originem perveſtigarint. Plurimum refert utrum pituita nata ſit ex humore calido, an frigido, & utrum febris orta ſit ex immodica potatione, an ex ſanguine corrupto. Sunt morbi quidam veluti naturales à parentibus traditi, qualis eſt in nonnullis paralyſis, aut morbus comitialis, aut dolor dentium. Rurſum ſunt

aliæ nationes ad alios morbos procliviores. Itidem Græcus natura loquacior eſt Romano. Et hodie Gallus Germano. Et inter Græcos Atticus eſt Lacone loquacior, Aſianus utroque. Iam habet ſexus & ætas peculiares morbos. Fœminæ propenſiores ſunt ad loquacitatis vitium, quam mares: ſit hoc in genere dictum. Et adoleſcentes pariter ac ſenes loquaciores fere ſunt, quam qui vigent ætate, ſive id accidat ob rationis inopiam, ſive quia natura linguæ promptitudine penſat, quod viribus detractum eſt. Parce ſodes, ut poſſis cum illa, audit apud Comicum Nauſiſtrata. Et Neſtorem loquaciorem facit Homerus, qualem & Catonem ſeniorem fuiſſe accepimus. Hæc fere naturam hominis ſpectant. Verum ſi circumſpicias cauſas, unde præter naturam accidat hoc mali, deprehendas fere ab his fontibus proficiſci, ex otio, ex convictu morbidorum, & curioſitate, ex incogitantia, ſtultitiaque, & ex intemperantia victus. Unde tonſores jam

jam olim laborant infamia loquacitatis ut ante dictum eſt: quod in illorum officinis deſideant otioſi, quibus nihil eſt quod agant domi. Ibi quoniam audiunt nautas jactantes ſua naufragia, militem de ſuis victoriis gloriantem, alium item aliis de nugis blaterantem, velut ex contagio redduntur & ipſi tales, quanquam otioſi non ſunt. Idem accidit balneatoribus, aurigis, nautis & cauponibus. Vectores enim quoniam non eſt aliud quod agant, fabulis gaudent fallere tempus. Iam eadem opera de contagio dictum eſt. Curioſitatem autem eſſe nutricem garrulitatis ſuperius opinor ſatis oſtendimus, quanquam utraque nutrit alteram. Porro quantum ſaturitas & ebrietas habent momenti ad linguæ licentiam, ſi non aliunde liqueret perſpicuum eſt ex conviviis vulgaribus, quæ cum initio quieta ſint ac tacita, in quos vocum tumultus nonnunquam exeunt? Dicas eſſe pelagi fragorem. Apud Plautum fœminarum vox eſt: cum probe ſaburratæ

ſumus, largiloquæ ſumus, ſed res viris cum fœminis eſt communis, niſi quod illas vincimus, nobis ipſis Suffeni, illis Catones. Iam ſunt huius vitii cauſæ quædam magis etiam peculiares. Sunt enim quædam argumenta de quibus affectu peculiari juvat hunc aut illum verba facere: veluti proverbio dicitur: Iucundam eſſe malorum actorum commemorationem, ſi modo ejus generis ſint, ut cum probro conjuncta non ſint. Gaudent enim veterani milites, qui crebris præliis Martem experti ſunt, apud alios deprædicare ſuas pugnas; Gaudent nautæ referre ſua pericula, gaudent hi qui varias ac longinquas regiones adierunt, memorare quid ibi viderint aut paſſi ſint. Similiter eorum memoriam, quæ voluptati fuerunt, ſi modo voluptas cum honeſtate conjuncta fuit, juvat refricare commemoratione. Veluti fœminis fere jucundum eſt referre, quomodo primum adamatæ ſint à ſponſis ſuis, & quibus muneribus quibuſve blanditiis ambitæ. Denique quicquid

quid vehementer nobis eſt cordi, ſive jucundũ ſit, ſive moleſtum, de eo libenter verba facimus. Proverbium habet: Ubi quis dolet, ibi & manum habet: At nihilo ſecius verum eſt, ubi quid vel dolet, vel delectat, ibi quiſque linguam habet. Qui vehementer amat quempiam, libenter illius meminit: rurſum qui vehementer iraſcitur aut odit, ægre ſilet, quod excruciat animum. Ad hæc qui multum operæ poſuerũt in arte quapiam, & in ea præcellunt cæteris, libenter ſermonem injiciunt, de his de quibus arbitrantur ſeſe cum aliorum admiratione poſſe dicere. Tales videmus medicæ rei peritos, aſtrologos, alchymiſtas, & in hiſtoriis diligenter verſatos. Dicet aliquis, quorſum hæc tam multa repetis? Nimirum quo cognitis omnibus rei circumſtantiis facilius vitemus intemperantiæ periculum. Primum enim facile vitabimus nugacitatem linguæ, ſi ſemper ſimus ſeriæ cuipiam honeſtæque rei intenti, præſertim ubi nos tempeſtas in garrulorum cœtum de-

ablega quopiam ætatem quamlibet teneram: etiamſi tutiſſimum eſt, talem eſſe perpetuo, qualis haberi cupias tuis. Quam male conſulunt pudicitiæ virginum ſuarum, qui præſentibus illis effutiunt parum verecundas fabulas. Memoratur & illud inter eximias laudes Catonis ſenioris, quod ipſe ſumma cura liberos ſuos erudierit atque inſtituerit, nulli pædagogo ſatis fidens. Apud hos non aliter vitabat obſcœnum verbum effutire, quam ſi cum virginibus Veſtalibus colloquium habuiſſet. Idem Cenſor ſenatu movit T. Manlium, quod uxorem oborto tonitru pavidam in convivio complexus fuiſſet præſente filia. Sapiens ille Sirach non permittit patri, ut vultu parum ſevero filias ſuas intueatur, adeo tenera fragiliſque res eſt virginitas: Filiæ, inquit, tibi ſunt; ſerva corpus illarũ, & non oſtendas faciem hilarem ad illas. Olim apud Romanos ſoceri cum generis non ingrediebantur balneum. Nunc cum uxoribus & ſororibus balneum intramus, quaſi ſtudeamus eas
proſti-

proſtituere, ac liberis arbitris quid non dicimus ac facimus cum uxoribus, ne dicam ſcortis, quos quidam etiam in lectum communem recipiunt, conſcium voluptatum connubialium. Et poſtea mirantur ſi parum caſtos habent liberos, quos ſic à teneris inſtituunt. Natura garrulum eſt ſervorum ac mulierum genus. Ab his qua fronte exiges linguę continentiam, ſi te ſubinde viderint nihil non effutientem? Et miramur nos habere famulos parum morigeros, ſi quid rectę præcipimus, cum hos nugarum noſtrarum habere gaudeamus non conſcios modo, ſed & miniſtros? Proinde non ſolum caſtigandi ſunt, ſi prodiderint arcanum, ſi mentiantur, ſi calumnientur, ſi ſugillent alterius famam, ſi quid ſpurce dixerint, verum etiam ſi nugentur otioſa; ſi non interrogati reſponderint, ſi rogatis pluribus reſponſionem occuparit natu minor, aut ſi præceps ad reſpondendum fuerit, non ſatis intellecta ſententia percontantis, ut mox audiat illud è proverbiis ἄμας ἀπήτει.

ἀπήντει, aut ſi circumſpectius reſponderit, aut ſi pluribus quam res poſtulabat. Non abs re fuerit hic referre quod de Piſone narrat Plutarchus, qui cum ob cerebri, opinor, debilitatem, non ferret ſervorum loquacitatem, præcepit illis ne quando loquerentur, niſi ab ipſo interrogati, nec amplius reſponderent, quam de quo rogarentur. Evenit deinde, ut Clodium honoris gratia vocaret ad convivium: & curarat apparatum tali magnate dignum. Itaque cum jam veniſſet cœnandi tempus, aderant quidem reliqui convivæ, ſolus Clodius cujus gratia cæteros invitarat, expectabatur. Interim ſubinde ſervum nomenclatorem emittebat, exploratum num veniret. Ubi vero jam emineret nox, nec ſpes eſſet venturum Clodium. Tandem ad ſervum converſus Piſo: Nonne, inquit, vocaſti Clodium? Vocavi, inquit. Cur igitur non venit? Quia excuſavit. Quamobrem iſtuc non ſtatim dicebas? Quoniam, inquit, hoc non percontabaris. Ridetur caſus, ſed tamen

men laudatur ſervi continentia. Quamquam huiuſmodi non arbitror temere reperiri, qui peccent in eam partem. Proinde multo commodioribus utemur amicis, uxoribus, liberis, famulis, ac diſcipulis, ſi hiſce rationibus illos inſtituerimus ad linguæ frugalitatem. Id facilius præſtabimus, ſi qui malis alienis mederi paramus, ipſi morbo vacemus. Qua de re jam dudum interpellat tempus, ut aliquid dicamus. Linguæ morbus in hominibus, aut eſt à natura inſitus, aut ex aſſuetudine acceſſit, aut naturæ vitium corruptus convictus & garriendi aſſuetudo confirmavit. Exiſtimant enim medici, & illud ad medendi rationem pertinere, ſi morbi cauſam & originem perveſtigarint. Plurimum refert utrum pituita nata ſit ex humore calido, an frigido, & utrum febris orta ſit ex immodica potatione, an ex ſanguine corrupto. Sunt morbi quidam veluti naturales à parentibus traditi, qualis eſt in nonnullis paralyſis, aut morbus comitialis, aut dolor dentium. Rurſum ſunt

aliæ nationes ad alios morbos procliviores. Itidem Græcus natura loquacior eſt Romano. Et hodie Gallus Germano. Et inter Græcos Atticus eſt Lacone loquacior, Aſianus utroque. Iam habet ſexus & ætas peculiares morbos. Fœminæ propenſiores ſunt ad loquacitatis vitium, quam mares: ſit hoc in genere dictum. Et adoleſcentes pariter ac ſenes loquaciores fere ſunt, quam qui vigent ætate, ſive id accidat ob rationis inopiam, ſive quia natura linguæ promptitudine penſat, quod viribus detractum eſt. Parce ſodes, ut poſſis cum illa, audit apud Comicum Nauſiſtrata. Et Neſtorem loquaciorem facit Homerus, qualem & Catonem ſeniorem fuiſſe accepimus. Hæc fere naturam hominis ſpectant. Verum ſi circumſpicias cauſas, unde præter naturam accidat hoc mali, deprehendas fere ab his fontibus proficiſci, ex otio, ex convictu morbidorum, & curioſitate, ex incogitantia, ſtultitiaque, & ex intemperantia victus. Unde tonſores

jam

jam olim laborant infamia loquacitatis ut ante dictum eſt: quod in illorum officinis deſideant otioſi, quibus nihil eſt quod agant domi. Ibi quoniam audiunt nautas jactantes ſua naufragia, militem de ſuis victoriis gloriantem, alium item aliis de nugis blaterantem, velut ex contagio redduntur & ipſi tales, quanquam otioſi non ſunt. Idem accidit balneatoribus, aurigis, nautis & cauponibus. Vectores enim quoniam non eſt aliud quod agant, fabulis gaudent fallere tempus. Iam eadem opera de contagio dictum eſt. Curioſitatem autem eſſe nutricem garrulitatis ſuperius opinor ſatis oſtendimus, quanquam utraque nutrit alteram. Porro quantum ſaturitas & ebrietas habent momenti ad linguæ licentiam, ſi non aliunde liqueret perſpicuum eſt ex conviviis vulgaribus, quæ cum initio quieta ſint ac tacita, in quos vocum tumultus nonnunquam exeunt? Dicas eſſe pelagi fragorem. Apud Plautum fœminarum vox eſt: cum probe ſaburratæ

ſumus, largiloquæ ſumus, ſed res viris cum fœminis eſt communis, niſi quod illas vincimus, nobis ipſis Suffeni, illis Catones. Iam ſunt huius vitii cauſæ quædam magis etiam peculiares. Sunt enim quædam argumenta de quibus affectu peculiari juvat hunc aut illum verba facere: veluti proverbio dicitur: Iucundam eſſe malorum actorum commemorationem, ſi modo ejus generis ſint, ut cum probro conjuncta non ſint. Gaudent enim veterani milites, qui crebris præliis Martem experti ſunt, apud alios deprædicare ſuas pugnas; Gaudent nautæ referre ſua pericula, gaudent hi qui varias ac longinquas regiones adierunt, memorare quid ibi viderint aut paſſi ſint. Similiter eorum memoriam, quæ voluptati fuerunt, ſi modo voluptas cum honeſtate conjuncta fuit, juvat refricare commemoratione. Veluti fœminis fere jucundum eſt referre, quomodo primum adamatæ ſint à ſponſis ſuis, & quibus muneribus quibuſve blanditiis ambitæ. Denique quicquid

quid vehementer nobis eſt cordi, ſive jucundū ſit, ſive moleſtum, de eo libenter verba facimus. Proverbium habet: Ubi quis dolet, ibi & manum habet. At nihilo ſecius verum eſt, ubi quid vel dolet, vel delectat, ibi quiſque linguam habet. Qui vehementer amat quempiam, libenter illius meminit: rurſum qui vehementer iraſcitur aut odit, ægre ſilet, quod excruciat animum. Ad hæc qui multum operæ poſuerūt in arte quapiam, & in ea præcellunt cæteris, libenter ſermonem injiciunt, de his de quibus arbitrantur ſeſe cum aliorum admiratione poſſe dicere. Tales videmus medicæ rei peritos, aſtrologos, alchymiſtas, & in hiſtoriis diligenter verſatos. Dicet aliquis, quorſum hæc tam multa repetis? Nimirum quo cognitis omnibus rei circumſtantiis facilius vitemus intemperantiæ periculum. Primum enim facile vitabimus nugacitatem linguæ, ſi ſemper ſimus ſeriæ cuipiam honeſtæque rei intenti, præſertim ubi nos tempeſtas in garrulorum cœtum de-

 pulit.

pulit. In curru, in navi, legere licet aliquid ex bonis auctoribus, neque quicquam idem vetat facere, ſi diutius commorari cogeris in tonſtrinis, aut in balneis. Cato ne in ſenatu quidem abſtinebat à lectione donec coirent patres. Plinius & in balneis & in conviviis auſcultabat lectorem. Socrates moleſte ferebat colloquii muſicam à cantoribus interrumpi. Malebat enim audire confabulantes de juſtitia modeſtiaque, quam Phrygios aut Lydios occinentes modos. Et tamen arbitror à priſcis in hoc adhibitam muſicam, ut ſermones indignos convivio diſcuterent. In quem uſum video nonnullos acceſſere moriones. Cajus Cæſar etiam ex equo dictabat epiſtolas binis nonnunquam aut ternis notariis. Epaminondas Thebanorum ductor, cum audiſſet quendam è ducibus in caſtris morbo periiſſe, dicebat ſe mirari, quod in exercitu vacaſſet illi ægrotare. Iuſtius autem miretur aliquis, ſi qui multis magniſque negotiis diſtinentur, otium habeant ad audiendas

diendas inanes fabulas. Cum toto vitæ genere diſſideant aulici ac monachi, tamen fere in linguæ intemperantia conſentiunt, non ob aliud niſi quod utrique pariter vivunt in ocio. Idem uſu venit apud eas nationes, ubi receptum eſt uſu, ut quibus res eſt lautior, honoris gratia plures alant famulos otioſos, quod malum utinam apud ſolos Anglos comperiretur. At Heliogabalus Cæſar, ſolitus eſt ſuis libertis ac ſervis mandare, quædam in ſpeciem ridicula, videlicet, ut convocarent ad balneum omnes hernioſos: aut ad convivium, octo calvos, octo luſcos, octo podagroſos, octo ſurdos, octo inſigniter nigros, octo inſigniter longos, & octo notabiliter obeſos, octo naſutos, veluti Græcorum proverbium exhibens, Ἅπαντ' ὀκτώ. Mandabatque iiſdem propoſito præmio, ut ad ſe defferrent millena pondo aranearum, & collecta dicuntur decem millia pondo aranearum. Admirantibus cur id faceret, reſpondebat: ex hoc colligi magnitudinem urbis Romæ. Ve-

rum ille judicabat eſſe ſatius ſervos ac libertos aulæ ſuæ, vel talibus nugis occupari, quam facere per otium quod apud alios imperatores facere ſolent deferentes, calumniantes, vendentes fumos. Idem Heliogabalus in colle Quirinali ſenatum muliebrem inſtituit, quem ſenatulum appellavit, ubi per Symiamiram Auguſtam prodita ſunt ſenatuſconſulta ridicula de legibus matronalibus, quibus quo veſtitu fas eſſet incedere, quę quibus cedere deberent, quæ ad cujus oſculum venirent, quæ pilento, quæ equo ſaginatio, quæ aſino veherentur, quæ carpento mulari, quæ boum, quæ ſella veherentur, quæ oſſea, eborata, aut argentata, quæ aurum aut gemmas in calciamentis haberent. Hujuſmodi nugis matrem cum matronis quotidie voluit occupari, ne quod ſolent in otio viventes, publicis ac principalibus negotiis obſtreperent. Simili commento Alcibiades eluſit populi maledicētiam. Cum enim nullus eſſet modus aut finis popularium convitiorum, canem

inſolitæ

inſolitæ magnitudinis, ſeptuaginta minis emptum, amputata cauda dimiſit in civitatem. Is cum paſſim obambularet, & omnibus innotuiſſet eſſe canẽ Alcibiadis, miras omnium fabulas excitavit, cum ea res omnibus inepta, ſtultaque videretur. Tãdem amicis hac de re privatim admonentibus ac ſermones qui de eo jactarentur deferẽtibus, riſit Alcibiades, Plane inquit, ceſſit ut volebam. Nam hoc agebam, ut Athenienſem populum ad hujuſmodi ſermones averterem, deſinerentque his occupati pejora de me prædicare. Eſt aliquid fateor, à gravioribus malis ad leviora devocaſſe: nobis tamen illud potius conandum eſt, ut à turpibus ad honeſta revocemus, aut ad ea certe, quæ cum turpitudine conjuncta non ſunt, quemadmodum ipſe ſoleo famulis aliquid deſcribendum, aut evolvendum tradere, non quod id mea referret, ſed ne illi otio corrumperentur. Habet hoc inter cæteras dotes unicus ille ſtudiorum altor Guilhelmus Archiepiſcopus Cantua-

rienſis, ut nec ipſe ſuſtineat unquam eſſe otioſus, nec ſuorum quenquam patiatur otio torpere. Quod exemplum utinam omnes imitarētur Monarchæ, aut certe Epiſcopi, aut patres matreſq; familias. Quod autem miraculi eſt, ſi hodie inter ſacerdotes tam multos videmus otioſe loquaces? Ubi demurmurarint illas ſtatas preces, ſi tamen has quoque pendūt, quoniam ne operam exercent manuariam, nec ſacrarum literarum ſtudio capiuntur, mox ad forum, ad popinas, ad compotariunculas, ab his ad hemicyclia ſeſe conferunt, ibi mutuis fabulis, & curioſis oculis alunt linguæ morbum. Et ab aſſuetis huic vitæ quid expectes, niſi meras næias? Atque interim ubi ſacerdos ille quem nobis deſcripſit Malachias? Lex veritatis in ore ejus, & iniquitas non eſt inventa in labiis ejus: In pace & æquitate ambulavit mecum, & multos avertit ab iniquitate: Labia enim ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum eſt: ubi

ſal

ſal terræ, quo condiri oportuit populi ſtultitiam? Nos pro ſale venenum in lingua circumferimus. Itaque multos videmus in quos competat id quod apud eundem prophetam mox ſequitur: Vos autem receſſiſtis de via, & ſcandalizaſtis plurimos in lege: Irritum feciſtis pactum Levi, dicit Dominus exercituum: Propter quod & ego dedi vos contemptibiles & humiles omnibus populis, ſicut non ſervaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in lege. Hæc non eo dicuntur, ut animos addam his qui nunc aſpernantur & infeſtant ſacerdotes bonos pariter ac malos, ſed ut omnes exhorter ad vitam ſacerdotio dignã. Mutatam vitam, ſequetur populi favor. Narrant Eugenium pontificem tale reſponſum dediſſe Divo Bernhardo, deteſtanti ſimoniam in Romana curia regnantem, Ubi tu ſuſtuleris murmura è monaſteriis: ego tollam ſimoniam è curia mea. Atqui non erit difficile tollere linguæ malum è monaſteriis, ſi delectentur ſilentio, ſi vitent luxum ac temulentiam,

tiam, ſi ſacrarum literarum amore teneantur, ſi fugiant otium: ſi viciſſitudine precandi, legendi, ſcribendi, atque etiam manibus laborandi, fallant otii tædium. Quid enim illis infelicius monachis, qui tædio contabeſcunt, ni compotationibus, venatu, chartis, alea, & ſcurrilibus fabulis diem fallant, cum vere monachis omnis dies brevis ſit? Proinde qui ſe ſenſerint natura propenſiores ad linguæ intemperantiam, aut alioqui contraxiſſe alicunde huius mali nonnihil, totos ſe tradant honeſtis occupationibus quæ dulceſcunt etiam, ſi aſſueveris. Proximum erit, ut aut ſecum vivant, aut cum his agant conſuetudinem, quorum convictu dediſcant ſeu naturæ, ſeu conſuetudinis vitium, vitentque quod in ipſis eſt loquacium familiaritatem. Quis, inquit Eccleſiaſticus, miſerebitur incantatoris à ſerpente percuſſi? & omnium qui appropinquant beſtiis? Sic & qui comitatur cum viro iniquo, & obvolutus eſt in peccatis ejus. Quoque magis fugias, natura

tura notas quaſdam addidit, unde dignoſcas linguæ morbum, plectri hæſitantiam, Battologiam quæ ſyllabas aut voces eaſdem iterat, balbutiem aut blæſitatem, os inſigniter anguſtum. Hæc ſigna tametſi non omnino certa ſunt, tamen frequenter arguunt naturæ vitium, vanitatem, garrulitatem, ac futilitatem. Sed utinam ſolos haberet linguæ morbus, quos hæ notæ reddunt ſuſpectos. Utcunque deprehenſum fuerit malum, fugitanda eſt talium conſuetudo. Si medici præcipiunt, ut qui velint conſulere bonæ valetudini corporum, vivant inter homines ſalubri corpore præditos, ſucculentos, juvenes, & hilares, fugiantque convictum eorum, quos infelix corporis temperatura reddit graciles, pallidos, iracũdos, moroſos, aut febriculoſos, aut comitialibus morbis obnoxios, quãto diligentius hoc curandum eſt nobis, ut ex bonorum familiaritate reddamur meliores, caventes ne ex aſſidua malorum conſuetudine, morbi contagium acceſſamus. Multo enim

citius

citius tranſiliunt animorum vitia, quam corporum. Iam quemadmodum tutior eſt morbo comitiali, qui ſyncopes & capitis vertigines excludit pharmacis: ita minus erit periculi à linguæ morbo, ſi malum huic cognatum & antiſtrophon, ut ita dicã, curioſitatem vitent, quod & ipſum ex otio plerunque ducit originem, ut non injuria dixeris, curioſitati garrulitatem eſſe germanam. Siquidem utrumque otium habet patrem, ſtultitiam matrem ac nutricem. Quid enim ſtultius quam quod apud veteres fingebatur Morychus, propriis negotiis neglectis, aliena ſcrutari, quales & apud Martialem ridentur Ollus & Afer, aut quid ineptius, quã de rebus alienis garrire, nulla cum utilitate tua, ſed multo cum detrimento gravique periculo, tum rei, tum famæ, tum vitæ, nec ſine tædio audientium, certe nullo cum fructu. Sed quoniam hac de re Plutarchus elegantem edidit libellum, nos brevitati conſulemus. Stultitiæ ſimillima eſt incogitantia. Stultus enim ju-
dicio

dicio fallitur: incogitans hoc peccat, quod non advertit animum, cum res attentionem poſtulat. Stultitiæ eſt quod fere videmus ac ridemus idem fieri in dicendo, quod in cantu aut ſaltatione. Qui minimum tenet artis cantionem aut ſaltationem primus incipit: Stultitiam effugiemus ſi prius animum orationis fontem, cognitione veri, & honeſtis opinionibus imbuerimus antequam proſiliamus ad dicendum. Deinde ne quando laxemus linguam ad dicendum, niſi morula interpoſita, quæ duo præſtabit commoda. Primum ne reſpondeamus ad non intellecta, præterea ne præcipitantes orationem reſpondeamus aliquid cujus mox pudeat. Ea contatio cum omnem ætatem decet, tum præcipue adoleſcentiam. Neque enim ſimpliciter verum eſt quod dicit Senéca, nulli rei prodeſſe moram niſi iracundiæ. Profuit & in bellis Fabii contatio: ac mea quidem ſententia nuſquam non habet locum illud: Sat cito, ſi ſat bene. Quin ipſa conſultatio, contatio quædam

quædam eſt, quam adhibere jubemur, non ut celeriter agamus quod opus eſt facto, ſed mature: Alioqui fit frequenter, ut, quod ait Plato: Qui initio celerior fuerit quam oportuit, ſerius ad finem perveniat. Hæc autem cautio magis adhibenda videtur in dicendo, quam in rebus gerendis, propterea quod cum in dicendo lapſus ſit facillimus, nihilo minus tamen periculi eſt. Cum videmus aliquem facinus calidum, ut ajunt, aggredi, præmonemus illum, Vide quid agas. Quin ipſi nobis hoc dicimus, quoties ſentimus prurientem linguam: Expende quid dicas. Quoties igitur verbum aliquod procurrit in linguam, antequam illi laxemus clauſtra dentium, ſic cogitemus nobiſcum, Quis hic eſt ſermo, qui ſic urget linguam ac vi conatur erumpere? Aut quo nunc ſe appellit lingua? Quid commodi fuerit ſi dixero, aut quid incommodi ſi reticuero? Neque enim quemadmodum deponimus onus, ita deponenda eſt & oratio. Qui deponit ſarcinam, exoneratur,

neratur, qui deponit orationem magis etiam gravatur. Neque enim unquam promendus eſt ſermo, niſi cum aut nobis eſt neceſſarius, aut aliquid utilitatis aut voluptatis honeſtæ allaturus videtur auditoribus, ut hoc efficiat in hominum conſuetudine quod ſal efficit in cibis, qui parce, nec niſi cum opus eſt ſolet admiſceri, alioqui gratiam non habet ſed vitiat edulia. Quod ſi nec dicenti futurum ſit utile quod verſatur in lingua, nec audientibus neceſſarium, nec voluptatem ullam aut jucunditatem allaturum aliis, quorſum attinet proferre? Si paras iter, tecum cogitas, quid commodi ſi proficiſcaris eo? Si vides ex itinere nihil commodi, etiamſi nihil ſit incommodi, mutas ſententiam, dicens: Quid opus eſt incaſſum & fruſtra hoc facere? Atqui hæ voces, fruſtra & incaſſum, non tam locum habent in gerendis negotiis, quam in proferendis verbis. Nunc cum, ut ante diximus, ex leviſſima re plerunque graviſſima mala naſcãtur, quanto diligentius expendendum eſt,

utrum

utrum magis expediat ſilere an loqui. Vidi ego quoſdam, qui ex conſuetudine tuſſiebant, ructabant, ac ſingultiebant. Quod ſi huc proficit hominum cura, quæ juxta ſapientum dictum, in omni re valet plurimum ne dicam omnia, ut tuſſim ac ſingultum ex cauſis neceſſariis naſcentem, ægre quidem ſed tamen expellant ac vincant, quod negotii fuerit linguæ præcipitantiam dediſcere? Quod initio videtur impoſſibile, poſt menſtruam exercitationem erit faciliimum: mox abibit in naturam, quod habitu confirmatum fuerit. Occupare ſalutationem fortaſſe comitatis eſit, cæterum in conſeſſu multorum qui primus occupat ſermonem, niſi vel auctoritas id poſtulat vel functio, ſuam ipſius prodit intemperantiam. Proinde non ſine cauſa laudatus eſt à laudatis viris hic Sophoclis ſenarius:

Οὐ γάρ τι βουλῆς τ' αὐτὸ ϰ̀ δρόμου τέλος.

Quo ſignificatum eſt non eſſe finem eundem conſilii, qui curſus eſt. Laudatur enim & palmam fert quiſquis ante-

antevertit in curſu, & ridetur qui tardior eſt: In conſiliis frequenter contra venit uſu. Etenim ſi qui primus dixit, quod ſatis eſt ad propoſitam conſultationem attulit, non debet qui rogatur poſterior, ideo vel diſſentire, vel addere ſupervacanea, ne nihil ferat laudis, quemadmodũ apud Terentium faciunt tres advocati, quorum unus ait reſcindi poſſe, alter negat, tertius deliberandum amplius cenſet, atque utinam hanc ambitionem in comœdiis tantum rideremus, ac non etiam in principum conſiliis deprehenderetur hoc malum, nec quotidie fieret à medicis, quorum vix quiſquam eſt, qui citra exceptionem comprobet pharmacum ab alio præſcriptum, aut ſi candidior eſt, ne parum medicus videatur, adjicit aliquid his quæ fere nimis multa ſunt, imo ſatis feret laudis, ſi bonam ſententiam candide laudando & comprobando, hominis ſynceri, minimeque fucati lucrifaciat opinionem. Sunt enim quidam vel tam invidi, vel tam gloria-

rum

rum avidi, ut non ferant in alienam ſententiam iri pedibus, ac jurgiis diem eximunt, potius quam ſubſcribant bono conſilio, cujus ipſi non fuerunt auctores. Quod ſi quid deerit reſponſioni priorum, licebit citra arrogantiam docere ſi quid illos fugit: aut citra invidiam impartire, ſi quid deerat. Hoc quoniam nũquam non eſt tempeſtivum, ſæpe plurimum habet laudis, qui poſtremus omnium dixit. Ridetur in comœdiis, ſed ſæpius in vita communi, quoties alter reſpondet, priuſquam is qui loquitur finierit ſermonem. Itaque conſultum fuerit interroganti cum iam dicendi finem fecerit, aliquod præbere temporis ſpatium, ſi quid his quæ dixit velit addere, aut ſi quid corrigere. Interim & ipſe perpendit, quid aut quomodo conveniat reſpondere. Neque raro riſui ſunt, qui celeritate reſpondendi, quia non intelligunt quod proponitur, aliud pro alio reſpondent. Id ridiculum eſt in ſurdaſtris aut imperitis linguæ, in aliis ſæpenumero cum periculo conjunctum

junctum eſt. Dominus noſter in euangelio nonnunquam reſpondet tacitis Phariſæorum cogitationibus, priuſquam illi prodidiſſent quid vellent. Hæc celeritas convenit his quos afflavit divinus ſpiritus: nobis prius loquentis mens diſcenda eſt, quam reſpondeamus, ſi volumus apte reſpondere. Iam non incivile tantum, ſed arrogans eſt, ſi cum quæſtio propoſita ſit alteri, alius reſponſionem præripiat. Is enim præterquam quod ſibi multum tribuere videtur, etiam in alterum contumelioſus eſt, quaſi judicans illum, parum idoneum, qui ad propoſita reſpondeat. Etenim qui hoc facit, nonne videtur dicere: Quid attinet ab hoc petere, qui nihil novit? Aut quid opus quicquam ab alio petere me præſente? Si quid rogatur parum erudite reſpondeat, veniam meretur, qui provocatus ut potuit reſpondit: At quantum riſum meretur occupator ille, qui rogatum loco depulit, ſi minus ut oporteat reſponderit? Quod ſi maxime ſatisfecerit interro-

terrogationi, tamen incivilis & ineptus habetur. Audivit olim Themiſtocles ab Eurybiade, cum juvenis ultro ſe ingereret ad dicendum, etiam opportuna dicturus: O Themiſtocles, in certaminibus, qui ante tempus aſſurgunt, alapis cædi ſolent. Et in conviviis turpiſſimum eſt non expectare dicendi vices. Admirati ſumus olim Franciſcani cujuſdam confidentiam, qui præter Scotum nihil legerat. Agitabatur in menſa Archiepiſcopi Cantuarienſis inter eruditos neſcio quid quæſtiunculæ. Id ubi ſenſit ille, nec ſatis è longinquo percipere potuiſſet quid ageretur, erectus clamavit, quid eſt, quid eſt iſtuc quod agitis? Eo ſane vultu, quaſi diceret: Vos fruſtra agitis, niſi ego nodum explicuero (& erant inter hos aliquot Epiſcopi docti) quicquid autem eſt difficultatis à me poterit expediri, qui nihil neſcio. Similis eſt iſtorum arrogantia, qui poſita cathedra profitentur ſeſe ad omnem quæſtionem undecunq; propoſitam ex tempore reſponſuros. At fortaſſe

leve

leve periculum eſt, rideri tantum. Novi quendam magni principis oratorem, qui ob ſuſpicionem quod contra mandata moliretur aliquid, ductus erat in carcerem, id factum eſt ſub noctem. Poſtridie rex cognito quod erat factum, miſit è procerum numero duos, qui docerent, id non eſſe factum regis juſſu, ſed à ſatellitibus erratum eſſe in perſona. Vix præfati fuerant ſe venire juſſu regis, cum ille ſermonem interrumpens, incipit obſecrare ſupplex & abjectus, ut rex ſecum clementer ageret. At illi fuerant hominem cum excuſatione regis dimiſſuri liberum: Verum ex oratione tam miſerabili tamque abjecta conjectantes eum ſibi male conſcium eſſe, ſuppreſſo quod habebant in mandatis, ad principem ſuum redeunt, exponunt rem. Ille miſer ad extremam calamitatem deductus eſt. Quanto malo fuit illi non meminiſſe quod docuit Iacobus Apoſtolus: Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Si continuiſſet linguam ſuam, donec

illi quod habebant in mandatis peroraſſent, & tum reſpondiſſet conſtanti vultu, & ſuam ipſius innocentiam, & regiam æquitatem ſibi notiorem eſſe, quam ut hoc ſuſpicari poſſet regis juſſu factum eſſe, quod autem à ſatellitibus eſſet admiſſum, non in ipſum admiſſum eſſe, ſed in eum cui ſe putabant manus injicere. primum calamitatem eam effugiſſet, deinde priſtinam apud regem gratiam auxiſſet etiam, ſive vere factum erat inſcio rege, ſive rex ſuſpicans nō- nihil decreverat ea pœna contentus eſſe, ſi ſic monuiſſet ne pergeret nocturnis colloquiis cum hoſtis oratore congredi. Proinde probabile eſt morem, quem & hodie videmus in Sorbonicis diſputationibus, vel à prudentibus viris profectum fuiſſe, vel ab ipſa neceſſitate inductum, Nulli fas eſt interrumpere diſputationem proponentis ac reſpondentis, niſi ſi quis ad hoc fuerit delegatus. Nec is qui dato ſilentio ſuccedit, proponit, niſi præfatus omnium veniam ac pacem. Ubi propoſuit, non reſpon-

reſpondet quicquam in hoc productus, niſi repetat quod propoſitum eſt, idque ſemel atque iterum, interim licet proponenti mutare, corrigere, & addere ſi quid velit. Hæc mora mutantis ac repetentis, nonnunquam tædio eſt auditoribus, ſed tamen neceſſarium habet remedium adverſus tumultuoſam vocum confuſionem. Poſteaquam incaluit contentio, dicendi finem imponit cœtus conſidentium aut circumſtantium, ut & aliis ſit dicendi locus. Hic fateor nonnunquam ſilere jubetur, qui maxime erat audiendus, ſed præſtat quædam non audiri, quam nihil audiri. Congruit autem hoc remedium peculiariter nationi Gallicæ, quæ cum ſit humaniſſima, tamen præter linguæ facilitatem, habet in diſputando quiddam calidius ac vehementius. In univerſum vero quiſquis dicit, fruſtra dicit, ſi deſit fides & attentio. Sed utrumque ſibi conciliat ſuſpendens expectationem contatiuncula, quod ipſum etiam proditum eſt ab his qui diligentius de rhe-

P 2 torica

torica conſcripſere. Quiſquis enim ſic incipit, caret ſuſpicione fuci, quod inibi ex re nata cogitare videatur quid ſit dicendum, non ſecum attuliſſe commentum, quo falleret. Et in conſiliis præſertim quiddam minimeque vulgare dicturus videtur, qui prius meditatur quid dicat. Itaque qui docent eſſe caput artis artem diſſimulare, ſimulant hanc contationem, quo magis attentos magiſque credulos habeant auditores. Talem Homerus inducit Ulyſſem. Itaque non ſolum expendendum erit, quid proponatur, ſed quo animo proponatur. Nec enim ſemper ideo percontamur, quod nobis reſponſione ſit opus, ſed nonnunquam amicos verecundiores blandis percontatiunculis ad colloquendi viciſſitudinem provocamus. Hic qui reſponſionis locum alteri præripit animumque & aures alio converſas, ad ſe trahit, nihilo facit civilius, quam ſi quis ab alio volentem oſculo excipi, præveniens oſculetur ultro: aut ſi quis oculos in alium conjicientis, in ſeſe detor-

detorqueat obtutum. Si Octavio roganti adoleſcentem, qui ipſum oris liniamentis referre dicebatur, num mater illius aliquando fuiſſet in aula Cæſaris, ſimpliciter reſponſum fuiſſet, cum ille non ſimpliciter interrogaret, periiſſet jocus. Nam cum adoleſcens ex vultu rogitans deprehenſo cavillo reſpondiſſet, matrem quidem illic nunquam fuiſſe, ſed patrem ſæpe, dictum in Cæſaris cognatas retorſit, non ſine ingenii laude. Nec hodie pauci ſunt qui fictis quæſtiunculis excitant quorundam loquacitatem, ut rideant. Præſidebat in convivio negociatorum Dominicanus quidam, adhibiti ſunt de induſtria, qui hominem promptum & confidentem rogatiunculis exagitarent. Ille incontanter ad omnia, & quidem ſerio. Tandem inter quæſtiones ad negociationē pertinentes hanc propoſuit quidam: Num recte faceret, qui pactus lactis ovili duo dolia, lac redderet gallinaceum? ille nihil cunctatus diſtinxit: Si lac, inquit, gallinaceū utilius ſit illi cui redditur quam

ovillũ, ſatis reddidit. Riſus omnium conſecutus eſt. Civilior erit hæc contatio, ſi qui rogatur excuſans ſuam imperitiam reſpondendi partes aliis deferat, ut magis ad explicandum quæſtionis nodum idoneis, quemadmodum faciunt, qui poculum porrectum, urbanitatis gratia deferunt ipſi qui porrigit, & acceptum ad alios velut honoratiores, deferunt. Nec pudeat interim ingenue fateri, nihil in promptu eſſe, quod auditu dignum judicet, conſultis libris, reque perpenſa, ſi quid occurrat, communicaturum. Ea modeſtia ſæpenumero plus laudis conciliat, quam ſi bene reſpondeas. Proinde non probantur viris ſapientibus hi, qui ſtudioſius affectant laudem ex tempore dicendi, quam bene dicendi. Nec ulli magis abhorruerunt ab extemporaria dictione, quam ii qui cæteris dicendi facultate præſtiterunt. Demoſthenem fere de ſcripto dicere ſolitum tradunt, adeo ut ne populi quidem flagitationibus adduci potuerit, ut ex tempore dicturus aſſurgeret.

Marcus Tullius ſemel duntaxat hoc, quod ſciam, feciſſe legitur. Sed idem cum ad diem præfinitum acturus eſſet cauſam apud centumviros, Erotem ſervum libertate donavit, non ob aliud officium, niſi quod nunciarat, cognitionem in poſterum diem eſſe dilatam. Tam admirabili, tam exercitato dicendi artifici, qui potuiſſet etiam extemporali dictione cæterorum omnium curam vincere, tanta erat ſolicitudo, ne quid per incuriam ſecus diceret quam oportebat. Nimirum illos ad dicendum pigros & contabundos reddebat prudentia, in nobis inſcitia confidentiam parit. Itaque graviter admonet Sirach Hebræus, quod alibi referre cœpimus: Audi tacens, & pro reverentia accedet bona tibi gratia. Adoleſcens loquere in tua cauſa vix, cum neceſſe fuerit: ſi bis interrogatus fueris, habeat caput reſponſum tuum. In multis eſto quaſi inſcius, & audi tacens ſimul & quærens. In medio magnatum loqui ne præſumas, & ubi ſunt ſenes ne multum loquaris. Non pla-

cet huic ſapienti λόγος ἀκέφαλος. Sed ineptior eſt quorundam oratio, quæ nec caput habet, nec pedes. Talis eſt eorum, qui cum ſtulte reſpondeant, tamen nullum dicendi finem facere poſſunt. Satis erat ad id quod quærebatur reſpondere, quod apud Platonem, ab Euthydemo diſcit Socrates. Veluti ſi quis rogetur: Eſtne pater domi, ſatis eſt ſi reſpondeat: domi non eſt. Nam ſi plus ſcire cupiet, qui percontatur, addet, ubi igitur illum conveniam? Quod ſi noto benignius voles reſponſum dare, ſatis eſt dixiſſe, nondum rediit è ſenatu. Supervacaneum autem & ineptæ loquacitatis fuerit, ſi rogatus an pater ſit domi, dicat nudius tertius clanculum profectum juſſu ſenatus ad Cæſarem, totamque legationis hiſtoriam enarret. Nec facile dijudicari poſſit, uter faciat ineptius, qui vicino roganti commodato patellam, offerat mortarium. an qui roganti infundibulũ, totam obtrudat ſupellectilem. Similis eſt iſtorum error qui rogati de re quapiam, veluti nacti garriendi cam-

pum,

pum, altius rem repetunt quam oportet. Notatur ab Horatio, qui Trojanum bellum gemino exorditur ab ovo: ſed gravius etiam peccant, qui reſpondent, ὅτι γῆς ὅτε οὐρανοῦ ἀπόμεμψα, altero mulgente hircum, altero ſubjiciente cribrum, ut ait Demonactes. Adeo placet illis ἀξίωμα, τὸ Αἰσχρὸν σιωπᾶν. In cauſis forenſibus teſtis loquacitas, non raro perdit reum, vel quia plus reſpondens quam oportet, imprudens effutiat quæ lædunt, vel quia difficillimum in multiloquio tibi conſtare, ac meminiſſe quæ dixeris, cum hinc maxime coarguantur teſtimonia. De victus intemperantia jam non ſemel à nobis dictum eſt. Veniamus igitur ad cauſas magis peculiares, ubi videtur illud in genere præcipiendum, neminem poſſe temperare linguam, niſi qui motus animi conſuefecerit obtemperare rationi. Videmus enim hoc uſu venire his, qui bilem habent immoderatam, ut cum certo ſtatuerint aut obticeſcere, aut moderatiſſime reſpondere, tamen ira ceu turbo quidam

inſurgens excuſſo clavo rapiat linguam in omne convitiorum genus. Idem efficit impotens gaudium, aut dolor, aut metus, aut ſpes. Porro qui diligenti meditatione ſic conſuefecit animum ſuum, ut nihil magnopere neque miretur, neque oderit, neque metuat, neque ſperet, eadem opera moderabitur linguæ qua moderatus eſt animo. Quemadmodum enim fruſtra moneas phreneticum, Sic incede, ſic compone veſtem, ſic moderare vultum, niſi prius pharmacis expurgaris bilem, & aliam corporis habitum induxeris: ſic in vanum moneas cui dominatur ambitio, ira, ſuperbia, avaritia, libido, zelotypia, amor, odium, quem excruciat ſpes, aut metus præcipui humanæ vitæ tyranni: Sic loquere, ſic moderare linguam, niſi prius perſuaſeris, ut rebelles animi motus rationis freno coërceat. Eſt autem illic præcipua adhibenda cautio, qua nos ſentimus maxime propenſos ad lapſum, quam ad rem plurimum adjuvabit, ſi tibi quiſque, juxta Pythium oracu-

oraculum notus fuerit. Non ſine cauſa laudatur à multis Socratis patientia, qui præter naturam omnes affectus multa vi multaque conſuetudine ſic domuerat ac cicuraverat, ut prorſus ἀπαθὴς videri poſſet. Ex animi tolerantia parem corporis adverſus omnia, quamvis dura, patientiã comparaverat. Non inficiantur philoſophi longe difficilius eſſe ferre ſitim quam famem, cum utrumque ſit difficillimum. Socrates autem hac exercitatione ſitim expellere conſuevit: Poſteaquam ex more veterum, ac valetudinis gratia corpus exercuerat, quo tempore maxime ſolet appeti potus, non ſibi permittebat bibere, niſi primo cado jam aliis effuſo: non quod periculum metueret ſi cum cæteris bibiſſet, verum ut irrationabilem appetitum doceret expectare rationis imperium. Eadem arte duraverat corpus ad vigiliæ, ſtationis, caloris, frigoris, ac laboris incredibilem tolerantiam. Qui ſic habet domitas naturæ violentas cupiditates, is poterit & linguam prurientem cohibere.

Qui vehementer ſitiens imperare ſibi poteſt, ut in totum abſtineat à potu, facile temperabit ſibi ne plus ſatis bibat. Itidem qui cum eſt oblata dicendi occaſio, & linguam ſentit veluti ſitire, ut ſeſe effundat in argumento in quo libenter verſatur, ſibi poteſt imperare, ut in totum ſileat, donec neceſſitas aut utilitas exigat orationem: idem facile ſibi temperabit, ne dicere exorſus ſemet multa nugacitate ingurgitet atque inebriet. Ea dicendi moderatio non eſt petenda ab affectu dicentis, ſed auditoribus: id fiet ſi conſideres, non quid tibi jucundum ſit dicere, ſed quid alios juvet, aut expediat audire. Si nauta aut miles non prius deſinet nugari de ſuis periculis ac victoriis, quã ipſe ſatietur referendo, quamlibet Iliadem ſuperabit narratio. Verum ſi cogitet quid hæc ad iſtos qui audiũt, judicabit eſſe ſatius eos adhuc inhiantes ac ſuſpenſos dimittere, quam nauſeantes ac vomiturientes præ ſaturitate. In fine comœdiarum ſolen[t] eſt addere, Valete & plaudite: ſic enim

enim deſinunt ut ſpectatorem adhuc famelicum dimittant. At nugacium narrationibus plerunque pro plauſu datur oſcitatio, pro laude accinitur ohe. Quiſquis igitur in his argumentis, in quibus libenter verſatur ob affectum naturalem, ſeſe dicturientem cohibuerit, facile temperabit in cæteris. Athenodorus philoſophus cum ob ingraveſcentem ætatem dimitti petiiſſet ab Auguſto, diſceſſurus admonuit illud, ne quid iratus faceret, diceretve, niſi prius Græcorum literas ordine recenſuiſſet, velut in his pharmacum quoddam ineſſet adverſus iracundiam, ac philoſophus indicabat moram interponendam eſſe. Cæſar delectatus eo dicto, complexus hominem, Adhuc, inquit, te mihi eſt opus, & annum etiamnum apud ſe detinuit, ut eo magiſtro diſceret ſilentium. Cur & nos non demus tantum ſpatii linguæ ad garriendum erumpere geſtienti, quanto literarum numerum liceat percurrere? In comœdia Laches ſenex cum meretrice Bacchide colloquuturus, ſic apud ſe loqui-

Qui vehementer ſitiens imperare ſibi poteſt, ut in totum abſtineat à potu, facile temperabit ſibi ne plus ſatis bibat. Itidem qui cum eſt oblata dicendi occaſio, & linguam ſentit veluti ſitire, ut ſeſe effundat in argumento in quo libenter verſatur, ſibi poteſt imperare, ut in totum ſileat, donec neceſſitas aut utilitas exigat orationem: idem facile ſibi temperabit, ne dicere exorſus ſemet multa nugacitate ingurgitet atque inebriet. Ea dicendi moderatio non eſt petenda ab affectu dicentis, ſed auditoribus: id fiet ſi conſideres, non quid tibi jucundum ſit dicere, ſed quid alios juvet, aut expediat audire. Si nauta aut miles non prius deſinet nugari de ſuis periculis ac victoriis, quā ipſe ſatietur referendo, quamlibet Iliadem ſuperabit narratio. Verum ſi cogitet quid hæc ad iſtos qui audiūt, judicabit eſſe ſatius eos adhuc inhiantes ac ſuſpenſos dimittere, quam nauſeantes ac vomiturientes præ ſaturitate. In fine comœdiarum ſolenne eſt addere, Valete & plaudite: ſic enim

enim deſinunt ut ſpectatorem adhuc famelicum dimittant. At nugacium narrationibus plerunque pro plauſu datur oſcitatio, pro laude accinitur ohe. Quiſquis igitur in his argumentis, in quibus libenter verſatur ob affectum naturalem, ſeſe dicturientem cohibuerit, facile temperabit in cæteris. Athenodorus philoſophus cum ob ingraveſcentem ætatem dimitti petiiſſet ab Auguſto, diſceſſurus admonuit illud, ne quid iratus faceret, diceretve, niſi prius Græcorum literas ordine recenſuiſſet, velut in his pharmacum quoddam ineſſet adverſus iracundiam, ac philoſophus indicabat moram interponendam eſſe. Cæſar delectatus eo dicto, complexus hominem, Adhuc, inquit, te mihi eſt opus, & annum etiamnum apud ſe detinuit, ut eo magiſtro diſceret ſilentium. Cur & nos non demus tantum ſpatii linguæ ad garriendum erumpere geſtienti, quanto literarum numerum liceat percurrere? In comœdia Laches ſenex cum meretrice Bacchide colloquuturus, ſic apud ſe loqui-

loquitur: Videndum ne minus propter iram hanc impetrem quam poſſim, aut ne quid faciam plus, quod poſt me non feciſſe ſatius ſit. Perſuaſum habebat ſenex Bacchidem obſtare, quo minus Pamphilus revocari pateretur uxorem. Id ſi verum fuiſſet, erat juſta ſtomachandi cauſa. Quod ſi ſuo animo, ut tum erat affectus, morem geſſiſſet, non habuiſſet lætum exitum fabula. Nunc civiliter expoſtulanti, civiliter reſponſum eſt, cognovit errorem, impetravit quæ voluit, totus comœdiæ tumultus jucunda cataſtropha ſolutus eſt. Si hoc faciunt homines idiotæ in comœdiis, quid decet facere ſacerdotes, & monachos Chriſtianos in concionibus, præſertim autem in edendis libris? Quod apud Homerum Pallas facit Achilli, hoc in nobis debet præſtare ratio. Tametſi Pallas illa tantum à pugna revocat, ſat habens ſi ſtomachetur intra convitia: At noſtra Pallas ne id quidem permittit, ut conviciis in quenquam debacchemur, etiamſi temperetur à

manibus.

manibus. Imo ſi velimus auſcultare ſpiritui Chriſti, quoties nobis aurem vellicat, pro maledictis referenda ſunt benedicta. Eſt quidem impotens affectus ira: ſed magnam habet temulentiam & voluptatẽ. Dulce eſt amanti ſine fine garrire de ſuis amoribus, at non eſt eadem voluptas iis, qui vacant amore. Amantes enim ob impotentiam affectus quo tenentur non ſolum exiſtimant, omnibus hominibus eſſe curæ quod agunt, verum etiam res inanimas perinde quaſi ſentiant alloquuntur: velut apud Plautum adoleſcens cum peſſulis & oſtio litigat, ſic cum lectulo voluptatis conſcio, ſic cum lucernula cõſcia, ſic cum violis ac ſtrophiis & annulis ab amica miſſis, aut ad amicam ituris, prolixas miſcet fabulas. Itidem & in Bucolicis argumentis paſtores imaginantur, & pecori, & montibus, & ſylvis, & fluminibus ſuos affectus eſſe curæ. Dulce eſt in hoſtem lingua debacchari, ſed apud eos qui nec amant, nec oderunt, ac fortaſſe ne norunt quidem, friget

hujuſmodi narratio. Novi quendam qui nuper cœperat diſcere Græcas literas, eas quoniam adamabat, quemcunque nanciſci potuit, eum Græce ſalutabat, cum eo Græce multa confabulabatur, etiamſi is nihil Græce ſciret. Tanta erat oſtentandi libido. At interim moleſtus ac ridiculus erat etiam iis, qui Græce noſſent, quod illis promptior eſſet lingua Latina. Refert Plutarchus de quodam, qui cum caſu duos treſve libros Ephori legiſſet, nullum mortalium non obtundebat recenſendis quæ legerat, nec ullum convivium patiebatur eſſe jucundum, identidem repetens Leuctricam pugnam uſque ad omnium nauſeam. Unde vulgi jocus illi cognomen addidit Epaminondæ, quod inſolentius jactaret ejus ducis geſta, quam ipſe ſolet qui geſſerat. Huic vitio fere ſunt affines, qui recens ex academiis domum redeunt in aliquo doctrinæ genere titulum ac lauream aſſecuti. Verum eam oſtentandi libidinem, quam ipſum tempus poſtea mitigat & corrigit, præſtiterat ipſa

ratione

ratione cohibere. Ut igitur qui metuunt inundationem, diligentius muniunt ripas, qua major eſſe ſolet fluminis impetus, ita convenit ille diligentius advigilare rationem moderatricem, qua voluptas quædam impenſius prolicit ad dicendum. Socrates negabat ſibi placere potum, aut cibos, qui non ſitientes aut eſurientes illecebra quadam provocarét ad bibendum atque edendum, quod genus ſunt, mulſum, aromatites, placentæ, & Attica bellaria, quod ab his præcipue periculum ſit intemperantiæ. Ab his igitur potiſſimum erit cavendum ſermonibus, qui nos dulcedine quapiam rapiunt, & efferũt longius quam oportet. Conſultum igitur fuerit priuſquam linguæ ſolvas repagula, circumſtantias omnes expendere, qui ſis qui dicere paras, quale ſit de quo loqui cogitas, quales apud quos dicturus es, quid tempus aut locus poſtulet. Denique quid boni malive ex oratione tua queat proficiſci, vel tibi vel aliis. In his erunt quæ dicendi titillationem temperent, aut

aut ſilentium ſuadeant. Sunt & illæ partes pulſandæ, unde juxta rhetorum præcepta ducuntur argumenta ſuaſorii generis: Num rectū ſit, num honeſtum aut decorum, num utile, num tutum, num jucundum, num facile, num neceſſarium. Harum rerum cōſideratio gignet in nobis cautionem in dicendo. Unde fit, ut quēadmodum attigimus, legamus eloquentiſſimos homines ęgre ad dicendum aſſurgere ſolitos, & in orationis initio trepidos fuiſſe. Nimirum & hic prudentia timiditatem, inſcitia confidentiam parit. Pericles qui ob admirationem eloquentiæ dictus eſt tonare ac fulgurare, ſuggeſtum aſcenſurus, diis vota facere conſuevit, ne quod verbum excideret imprudenti, quod minus ad rem pertineret. Et apud Romanos ſolenne erat dicturum pro concione, verſiculis aliquot precari Deos, ut quod dicturus eſſet, felix ac fauſtum eſſe vellent reipubl. Ac decorum quidem ſæpe pro loci, temporis, ac perſonarum ratione mutatur: cæterum futilitas, obtre-
ctatio

ctatio, ac maledicentia & obſcœniloquium nuſquam non eſt indecorū. Quanquam in nonnullis aliquod vitium tolerabilius eſt, quam in aliis. Neminem quidem decet ſermonis obſcœnitas quam Græci dicunt αἰσχρολογίαν, verum ea deteſtabilior eſt in ſene quam in juvene, in ſacerdote quam in milite. Rurſus apud adoleſcentes quam apud viros, apud liberos tuos quam apud alienos: Hic igitur quiſque ſibi diſertus ſit malum omnibus circumſtantiis exaggerans. Quid execrabilius quam canos, ſenes ac pene decrepitos turpitudinem exercere lingua, quam per corporis imbecillitatem exercere jamdiu deſierunt? Manus alligavit paralyſis, pedes occupavit podagra, trahuntur ilia, nutat tremulum caput, delirat animus, ſola lingua laſcivit obſcœnis fabulis. Qui vultus erant convivarū, quæ cogitationes, cum hæc fieri videremus? Vidimus enim non ſemel. Qui poſt in illum jam digreſſum ſermones? Referam quos ipſe vidi in Italia, ſed ita ne quem attingam aut

aſper-

aſpergam ſuſpicione. Aderam tribus Græcis, quorum unus erat monachus, alter eruditus mediocriter, tertius puer tredecim ferme natus annos. Monachus oblivione prætermiſerat horam prandii. Itaque curatum eſt à nobis, ut cibi nonnihil adferretur. Ille contentus erat duobus ovis, nec paſſus eſt adferri plus eduliorum, bibit item quam parciſſime. Ipſe mihi ſemper viſus eſt vir modeſtus ac bonus, nec incurius ſacrarum litterarum, tametſi præter vulgatam Græcorum linguam nihil noverat. Cultus erat tam vilis, tam horridus & ſqualidus, ut exiſtimem hilariorem illum cultius amictum fuiſſe. Hactenus omnia digna monacho. At non reſpondebant hujus convivii bellaria. Amoto cibo, reditum eſt ad fabulas. Doctus ille protulit libellum Græce ſcriptum quo referebantur miracula. Ferunt autem apud Græcos hunc eſſe morem, ut ſacerdos à ſacro recitet apud populum, ſi quod alicubi miraculum accidit. Hoc quidam ſatanæ diſcipulus fuerat imitatus,

tus, ſic ut eadem eſſet præfatiuncula, qua ſacerdos ſolet excitare plebis attentionem, rurſus eadem clauſula, qua populus audito miraculo conſuevit accinere gratias & gloriam Deo. In medio erant obſcœnitates, quales apud nos vix ullum ſcortum auderet in balneis proloqui. Ad harum recitationem meus monachus tanquam ad rem mire feſtivam mire cœpit hilareſcere, geſtire, ſolvi in cachinnos, & ad ſingulas obſcœnitates, accinebat clauſulam ſolennem. Puer accumbebat in medio, cujus ætati conveniebant fabulæ magis pudicæ. Equidem in monacho deſiderabam rectam inſtitutionem potius quam bonam mentem. Tales nimirum evadunt, qui nihil aliud diſcunt quam ceremonias. Oblatæ fuerant carnes, & erat dies quo fas erat aliis veſci. Ille magna religione recuſabat. Nec paſſurus erat veſtem mutari. Et in ea re, quæ pertinebat ad veram pietatem, tam erat irreligioſus. Saltem adoleſcentuli reverentia debebat hominem à tam obſcœnis jocis revocare.

care. Paulus non præſcripſit cilicium aut ſordidam veſtem. Linguæ caſtimoniam non uno in loco præcipit, velut ad Epheſios: Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Rurſum capite proximo: Fornicatio autem & omnis immunditia aut avaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquiū, aut ſcurrilitas quæ ad rem non pertinent, ſed magis gratiarum actio. Vanitatem inibi deteſtatur, dicens: Propterea, inquit, deponentes mendacium, loquimini veritatem unuſquiſque cum proximo ſuo, quoniam ſumus invicem membra. Quanta ſolicitudine deterret Timotheum ab inanibus verbis, quas ille κενοφωνίας appellat, quanto ſtomacho deteſtatur inania & infrugifera loquentes, quos ματαιολόγους appellat. Et Timotheo ſcribens non fert otioſas & curioſas viduas, quæ per alienas domos vagantur loquentes quæ non oportet. Eidem ſcribens deteſtatur inutiles conten-

contentiones, quæ ſub eruditionis fuco gignunt diſſidia, eas ſignificanti verbo vocat λογομαχίας. Iam futilitas, maledicentia & obtrectatio, præterquam quod eſt indecora Chriſtiano, ſæpe nec utilis eſt nec tuta. Fortaſſis habet nonnullam voluptatis titillationem, ſed inhoneſtam, ſed quæ multam doloris uſuram ſecum trahat. Effutiſti quod erat reticendum, mox ſequitur pœnitentia, perpetuaque ſolicitudo, ne quod garriendi temulentia provectus ſic credidiſti alienis auribus ut revocare non poſſis alii viciſſim apud alios effutiant, donec res permanet ad eos, quos minime tutum ſit offendiſſe. Itidem brevis illa maledicendi voluptas magno perpetuoque dolore retaliatur, dum juxta proverbium: Ubi dixeris quæ velis, audire cogeris quæ nolis. Et quemadmodum ſcripſit Heſiodus: Ubi dixeris male, peius audis. Proinde qui paratus eſt in aliũm dicere, ſeipſum examinet, num vacet omni crimine. Turpiſſimum autem fuerit, ſi qui calumniatur, deprehendatur

in eo-

in eodem eſſe crimine, quòd intendit alteri, veluti in convitio luſcus appellet luſcum. Turpius etiam ſi furti crimen impingat in alterum, qui commiſit ipſe ſacrilegium: aut ſi inceſto contaminatus alteri de ſcorto calumniam ſtruat. Nimirum iſtuc eſt diſpicere feſtucam in oculo fratris, cum trabem in oculo tuo circumferas. Omnino fieri non poterit, quin minus præcipites ſimus futuri ad male loquendum de aliis, ſi manticarum fiat inverſio, & quod à tergo pendet revocetur in pectus. Hic itaque quem honeſti ratio non cohibet à maledicendo, mali metus poterit coërcere, & linguæ pruritum periculi conſideratio, veluti clavus clavum propellet. Profuerit & illud, animo recolere plurimorum hominum exempla, quibus incontinentia linguæ magno malo fuit, maxime ſi quid incommodorum nobis ipſis hinc accidit. Prius itaque ſibi quiſque loquatur: Tantam calamitatem mihi peperit unicus linguæ lapſus, non committam ut iterum ad eundem impin-

impingam lapidem. Conducit & hoc, ſi dum à ſe quiſque rationem exigit acti diei, non minus diligenter ad calculum vocet, ſi quid verbis peccatum ſit, quam factis, & ſi quid deprehenderit elapſum quod præſtiterat continuiſſe, verberet ſeipſum flagello Homerico:

Ποῖον σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων.

Hac exercitione facile paratur in dicendo frugalitas quædam ac ſobrietas, & circumſpectio cum prudentia conjuncta. Indicat & alterum remedium ille ſapiens Eccleſiaſtes, ne facile commoveamur hominum maledictis. Id tale eſt, ut attacti convitio recolamus, quod ipſi non raro maledixerimus aliis. Ea res faciet, ut moderatius feramus illatā injuriam, & ſi nobis ignoſci poſtulamus, æquum erit & aliis ignoſcere. Eccleſiæ verba ſic habent: Et quidem in omnes ſermones quos loquentur impii ne dederis cor tuum, ut non audias ſervum tuum maledicentem tibi. Etenim frequenter ſcit cor tuum, quod & male-

dixiſti aliis. Ad quædam hominum maledicta connivendum eſt, ſic ut audientes non audiamus. Alioqui ſi venemur auribus quid quiſque de nobis loquatur, famulorum ſermonibus frequenter commovebimur. Diximus quemadmodum & aliorum petulantiæ medendum ſit, & nobis ab eo morbo cavendum, aut quomodo corrigendum malum quod collectum eſt: nunc locus monet ut paucis attingamus quo pacto fieri poſſit, ut quam minimum lædamur alienæ linguæ virulentia ſeu futilitate. Hic nullum eſt remedium efficacius, quam ut homo ſic moderetur omnem vitam ſuam, ne quid habeat maledici lingua, quod jure meritoque in ipſum jaculari poſſit. Eſt quidem & mendax calumnia, nec veretur innocentes impetere, verum vix unquã de nihilo movet tragœdiam, ſed vel exaggerat, quod erat exiguum, vel depravat quod ex ſe quidem ſyncerum, nonnullam tamen ſpeciem habet mali. Vertit in venenum, quicquid

quid exſuxerit araneus, ſed non adrepit ad quamvis herbam. Non enim attingit abſinthium, & ſunt materiæ à quibus abſtinet in perpetuum. In Ariſtidem nulla orta eſt calumnia, tanta erat morum integritas. Quod ſi quid mali rumoris oriatur adverſus innocentem, quoniam radicem non habet unde alatur, mox evaneſcit, & quod de nihilo natum eſt, in nihilum diſperit: nonnunquam & in gloriã vertitur ejus qui præter meritum aſperſus eſt. Paulus Apoſtolus, non ignarus quãta ſit ſycophantarum malitia, monet ut non ſolum abſtineamus ab omni malo, verum etiam ab omni ſpecie mali. Fatetur idolum & idolothytum nihil eſſe, & tamen ob impias hominum ſuſpiciones jubet abſtinere ab idolothytis, ſi quis ex accumbentibus monuerit, carnem eſſe immolatitiam. Fatetur eſſe fas ut qui altari ſervit, de immolatis vivat, & tamen hac poteſtate non uſus eſt apud Corinthios, quia non expediebat euangelio. Iulius Cæſar Pom-

peiam uxorem repudiavit, quod rumor eſſet illam à Clodio vitiatam, poſt cum Clodius inceſti reus ageretur, ac Cæſar citatus cum teſtimonium dicere juberetur, negavit ſe quicquam tale ſuſpicatum de uxore. Mox cum accuſator ſubjeciſſet, cur igitur illam repudiaſti? Quoniam, inquit, decet Cæſaris uxorem etiam rumore ſiniſtro calumniaque vacare. Graviter quidem Cæſar, ſed majorem laudem tuliſſet, ſi hoc in ſeipſo præſtitiſſet, quod exigebat ab uxore. Cæterum quod ille non præſtitit, nobis certe pro virili præſtandum eſt, ut cum Paulo omnia ſuſtineamus citius, quam nullum offendiculum demus euangelio, hoc eſt, profeſſioni nominis Chriſtiani. Paulus in tantum vult epiſcopum omni vacare crimine, ut non exiſtimet illum dignum eo munere, niſi probatus ſit etiam illorum teſtimonio qui foris ſunt. Sic enim ille vocat eos qui nondum amplexi ſunt euangelicam profeſſionem. Nec eſt quod metuamus calumniam, ſi Chri-

ſi Chriſto prȩſtiterimus ſynceram cõſcientiam, quemadmodum eleganter docet Petrus Apoſtolus in epiſtola priore. Et quis eſt, inquit, qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis? Sed & ſi quid patimini propter juſtitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, ut non conturbemini. Dominum autem Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris, parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea quæ in vobis eſt ſpe, ſed cum modeſtia & timore, conſcientiam habentes bonam, ut in eo quod detrahunt de vobis confundantur, qui calumniantur veſtram bonam in Chriſto converſationem. Melius eſt enim ut benefacientes ſi voluntas Dei velit pati, quã malefacientes. Verum quoniam difficillimum eſt præſtare vitam ſic undique inculpatam, ut nihil inveniat calumniator, quod vel arrodat, vel depravet, quærenda eſt ratio qua fiat, ut quam minimum noxæ nobis adferat maledica lingua. Ad id primum

conducit, ſi nobis bene conſcii non commoveamur maledictis, nec attacti convitio regeramus convitium, ſed aut obticeſcamus, aut placido ſermone ſatisfaciamus calumnianti. Ita citius conquieſcet exortum diſſidium ſi nullus irritet repugnando: alioqui reciproca conviciorum viciſſitudo ſemper in deterius gliſcens, tandem exit in manifeſtam rabiem. Nec pigeat hoc facere Chriſtianum humilem, nec omnino culpa vacantem, quod pro nobis paſſus eſt omnium Dominus: qui cum conviciis inceſſeretur, non regerebat convitia: cum pateretur innocuus, non comminabatur, ſed omnem ultionem tradebat patri juſte judicanti. Imo quod eſt eximiæ cujuſdam charitatis, pro crucifigentibus, pro ſubſannantibus & inſultantibus oravit. Quod exemplum primus omnium retulit Stephanus, & poſt hunc magnus ille Paulus: Conviciis, inquit, afficimur, & benedicimus: perſecutionem patientes ſuſtinemus, maledi-

ctis

ctis inceſſimur, & obſecramus. Docuit quod præſtitit, & præſtitit quod docuit. Beneducite, inquit, perſequentibus vos, benedicite & nolite maledicere. Si fieri, inquit, poteſt, quod in vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes, non voſmetipſos ulciſcentes chariſſimi, ſed date locum iræ. Nec nos moveat ille Naſonis verſiculus.

Quæ venit indigne pœna, dolenda venit,

Imo, *quæ venit ex merito pœna, dolenda venit.*

Cum Phocion vir apud Athenienſes optimus, bibiturus eſſet venenum, & uxor muliebri more plorans, diceret: Mi vir innocens morieris? Quid, inquit uxor, an malles me nocentem mori? Idem rogatus, quid moriturus mandaret filiis: Ne quid, inquit, ob huius rei memoriam, iniquiores ſint Athenienſium populo. Ariſtides cum oſtraciſmo dānatus iret in exilium, amicis percontantibus, quid imprecaretur Athenienſium populo

tam ingrato, qui virum integerrimũ, ac de re publica bene meritum ejiceret: Precor, inquit, illis tam perpetuam felicitatem, ut ne unquam illis Ariſtides veniat in mentem. Socrates per calumniam oppreſſus nihil unquam atrociter dixiſſe legitur in Anytum ac Melitum, tantum jocans ſuo more quod reſederat in poculo poſt epotum venenum in terram effudit, dicens ſe hoc propinare Anyto ac Melito. Idem colapho percuſſus à quodam, admiranti cuidam quod eam contumeliam ferret tacitus, quid faciam inquit? Tum alter, trahe hominem in jus. Hic ille ridens, quid audio? Si aſinus mihi calcem impegiſſet vocarem eum in jus? Quidam ipſi ſibi convitium exaſperant, in pejorem partem interpretantes omnia. Quanto conſultius elevare contumeliam, dixit ſubito calore percitus, dixit non ex animo, ſed ex vino, dixit ab aliis inſtigatus, dixit ignarus veri, nec in me dixit, ſed in eum quem me eſſe putabat. Tam multa

ſunt

ſunt ethnicorum exempla, qui moderatiſſime tulerunt hominum maledicentiam, & nos qui Chriſtiani dicimur, pro levi convitio, imo pro verbulo parum reverenter emiſſo, quas blaſphemias, quæ verbera regerimus? Cleomenes Lacedæmoniorum rex maledicum quendam, qui non ceſſabat ipſum conviтiis apud omnes lacerare, ſat habuit faceto dicto caſtigare: An ideo, inquit, male loqueris de omnibus, ne nobis viciſſim ſit otium de tua malitia loquendi? Demarato regi Orontes aſperius ac petulantius fuerat locutus: eo digreſſo, cum ab amicis quidam diceret: Acerbius ſe geſſit apud te, quam decet, Orontes: Imo, inquit, in me nihil peccavit. Nocent enim nobis qui ad gratiam loquuntur blandientes, non qui cum odio & aſperius. Similem moderationẽ præſtitit Leotychidas Ariſtonis filius. Cum enim illi quidam renuntiaſſet, Demarati filios de ipſo male loqui, ille contemptim, Per Deos, inquit, nihil mi-

ror, neque enim quiſquam illorum poſſet benedicere. Vir prudens contumeliam ipſi illatam in naturæ morbum rejecit. Nullus enim indignatur porco quod grunnit, aut cani quod latrat, aut anſeri quod obſtrepit, aut camelo quod blaterat. Lyſander item, cum quidam in ipſum conviciis debaccharetur, nihil commotus, Age, inquit, hoſpes, age dic in me frequenter ac ſtrenue, ne quid omittas, ſi forte ſic animum tuum iſtis malis, quibus plenus videtur, exonerare valeas. Ejuſdem moderationis eſt, non perturbari convitio, cujus eſt non commoveri laudibus. Pliſtarchus Leonidæ filius, cum accepiſſet ceu rem novam ipſum ab homine maledico laudari, Demiror, inquit, niſi ſi quis illi perſuaſit me eſſe mortuum, nã ille quidem viventem laudare poſſet neminem. Sunt qui tradant Periclẽ ingenio fuiſſe feroci: Et tamen viris præter naturam hanc præſtitit moderationem, prudentiam adhibens in conſilium. In hunc cum

impe-

imperitus quidam linguæque impotentis convitiis debaccharetur, verbum illi non reſpondit, ſed nihil commotus ingreſſus eſt porticum, inde ſub veſperam cœpit redire domum. Euntem ſecutus eſt maledicus, magis ac magis inardeſcens, quod negligeretur. Ubi tandem ventum eſt ad januam. Iamque nox eſſet, Pericles è famulis uni mandavit, ut accepto lumine maledicum domum deduceret. Si fas eſt ulciſci maledicentiam, hoc eſt, pulcherrimum vindictæ genus. Civilius eſt quod fecit Pericles, ſed non minus excelſi animi quod Plato. Hunc cum eſſet dimiſſurus Dionyſius, non ſemper habitum ſatis humaniter, dixiſſe fertur: Plato cum redieris ad amicos tuos & ſtudiorum ſodales, multa mala illis de me prædicabis. ad quæ Plato ſubridens, Imo, inquit, rex, fieri non poteſt, ut illic meis ſodalibus à diſciplinis tantum ocii contingat, ut cuiquam vacet tui meminiſſe. Declarat animum vere regium & ex-

celſum, quod celebratur ab Alberto rege Poloniæ dictum, hujus fratre qui nunc regnum illud feliciſſimis auſpiciis moderatur ac nuper ingenti victoria ex Turcis relata, non mediocriter & locupletavit & conſtabilivit. Cum enim ad Albertum delatum eſſet, quendam apud omnes de ipſo male loqui, nihil commotus, Malo, inquit, unum apud omnes de me male loqui, quam omnes apud unum. Similem animi celſitudinem ſapit quod reſpondiſſe fertur Antiſthenes Cynicus, iis qui deferebant Platonem de ipſo male loqui, Regium eſt, inquit, male audire cum bene feceris. Quod dictũ Plutarchus transfert ad Alexandrum magnum, nihil enim ſummo regi ſimilius, quam Cynicus. Volumnius & Sacculio, quorum alter erat mimus, alter hiſtrio, cum eſſent in caſtris captivi, ne tum quidem temperabant à conviciis in Brutum ducem jaciendis. Ac Brutus frequenter interpellatus de coërcenda hominum petulantia, neglexit.

glexit. Tandem cum nec illi finem facerent maledicendi, & Caſca vehementer urgeret, permiſit ut facerent in illos quod ipſis videretur. In uno facto geminum exemplũ nobis proditum eſt: alterum quod effrenis linguæ vectigal ſit calamitas, alterum, excelſis animis negligendum eſſe maledicentiam eorum qui non judicio ſed morbo de ipſis male loquuntur. Nec tales impatientius eſſe ferendos, quam ferimus eos, qui per febrim aut phreneſim nobis maledicunt. Fortaſſe non hic conveniebat admiſcere mentionem ſacri Lindii, ſive quia fabuloſum eſt quod narrant, ſive quia factum, ſi modo factum eſt, magis militarem ac barbaricam immanitatem quam celſitudinem animi generoſi ſapit. Hercules cum eſuriret, & offenderet Lindium quendam jugo boum arantem, rogavit ut alterum boum ſibi daret placando ſtomacho. Non enim eſuriebat vir fortis cepas aut legumen, aut ova, ſed ſolidos boves. Cum ruſticus ex-

cuſaret,

cuſaret, omnes facultates ſuas totamque familiam niti jugo boum: jure commotus Hercules, utrumque bovem eripuit, mactavit & comedit, Interea ruſticus ſenex, quoniam nihil aliud potuit, multa convitia dixit in Herculem: quibus ille adeo commotus non eſt, ut negaret ſibi unquam accidiſſe convivium jucundius, quod ipſi ruſticus morionis eſſet loco. Hoc exemplum ſi conferas ad ea quæ ſuperius retuli, plane barbaricum eſt ac militare; ſin ad iſta quæ quotidie deſignant noſtri milites inter agricolas, miræ cujuſdam civilitatis videri poteſt, qui non contenti placaſſe cibis latrantem ſtomachum, quidquid ubique belliſſimum reperiunt, devorant, & quod nec devorare nec auferre poſſunt, perdunt aut exurunt ne cui ſit uſui. Interim miſeris adeo non licet animi dolorem ulciſci convitiis, ut in conſtupratis filiabus & uxoribus indigna paſſi, cogantur eſſe ſupplices, & agere gratias, quod ipſis vitam reliquam

eſſe voluerint. Sit barbaricum & immane quod fame coactus fecit Hercules vir de genere mortalium, uti tradunt, bene meritus, modo doceatur quo nomine dignum eſt, quod Chriſtiani milites qui cõducti, nonnunquam. & conducendi properant ad bellum, aut à bello redeunt, faciunt non ſtimulante fame, ſed invitante ad maleficium licentia, idque non in hoſtes ſed in ſuos. Ac tales ubi domum redierint habentur honeſti; & quicquid interea deſignatum eſt, bello imputatur cum alioqui leges in prædones, fures, incendiarios, & raptores atrocibus ſæviant exemplis. Sed redeamus ad id quod agebatur, quo pacto fieri queat, ut quam minimum mali capiamus ex aliena maledicentia. Cæterum conſultius eſt etiam maledicorum vitium in noſtram utilitatem vertere. Monent quid ſit corrigendum, indicant à quibus ſit cavendum, & omnino ſocordiam nobis & oſcitantiam excutiunt. Philippus Mace-

Macedonum rex, cum ab Athenienſium primoribus multis conviciis lapidaretur, ajebat ſe illis magnam habere gratiam, per quos ipſe tum factis, tum dictis quotidie redderetur melior, dum illos, inquit. & rebus & verbis vanitatis coarguere ſtudeo. Idem adhortantibus amicis ut hominem maledicum expelleret. Non faciam, inquit, & admirantibus cur ita ſentiret: Ne obambulans, inquit, inter plures de me male loquatur. Cum Smicythus ad eum detuliſſet, quod Nicanor continenter de ipſo male loqueretur, amicis ſuadētibus, ut hominē accerſitum puniret. Imo, inquit, Nicanor non eſt Macedonum peſſimus. Videndum igitur nunc ubi ſit illi à nobis facta injuria. Itaque cum animadvertiſſet Nicanorem egeſtate preſſum, velut in hoc non meminiſſet officii ſui, quod virum non inſtrenuum neglexiſſet, juſſit illi munus quamprimum dari. Hoc facto, cum Smicythus retuliſſet, Nicanorem jam alium, paſſim honorifice de Phi-

Philippo prædicare : Ergo videris, quit, in nobis eſſe ſitum, ut vel bene vel male de nobis loquantur homines. Cum Telecro Lacedæmoniorum principi quidã renũtiaſſet quod pater de ipſo male loqueretur. Nunquam, inquit, iſta dixiſſet, niſi cauſam haberet cur diceret. Hujus frater cum quereretur quod iiſdem ortus parentibus, non ſimiliter in pretio haberetur à civibus. Id fit, inquit, quod tu neſcis æque ferre injurias atque ego. Hujuſmodi moderationem legimus præter alios & in Tiberio Cæſare fuiſſe, ad quem cum deferrentur, quæ plurima vulgus in ipſum petulanter jaciebat, noluit ulciſci, ſed reſpondit, in libera civitate & mentem & linguam oportere liberam eſſe. Rurſum cum ſenatus cenſeret his de rebus inſtituendam eſſe cognitionem, quo pœnis hominum petulantia coërceretur, reſpondit ſe occupatiorem eſſe, quam ut talibus negotiis intendere vacaret, quorum actio ſi ſemel ſuſcepta fuiſſet, nullum

unquam

unquam otium futurum aliis rebus tractandis. Claudius Cæſar cum Græcus quidam inter dicendum incaleſcens, dixiſſet: Σὺ καὶ μωρὸς εἶ καὶ γέρων, diſſimulavit convitium. Similis lenitas fertur Veſpaſiani. Referam exemplum unum aut alterum. Cum Cynicus quidam petulanter in eum latraſſet, & illum poſt caſu habuiſſet obvium, nec ille vel aſſurgere vel ſalutare Cæſarem dignaretur, ſed oblatraret etiamnum, neſcio quid: ſatis habuit appellaſſe canem. Salvius cum patrocinaretur reo diviti, auſus eſt dicere: Quid ad Cæſarem, ſi Hipparchus (nam id erat reo nomen) habet ſeſtertium millies? Ea vox ad Cæſarem delata eſt, quæ illum figurato morſu petebat, quaſi Hipparcho per calumniam faceſſeretur negotium, quo damnati facultates accreſcerent fiſco Cæſaris. At Veſpaſianus cum non ignoraret, quo animo dictum eſſet hoc à cauſidico, tamen laudavit etiam, videlicet detorquens ad ſuæ ſynceritatis argumentum,

Digitized by Google

tum, quod ille in Cæſaris invidiam effuderat. Hoc fecit ethnicus, qui Chriſtum non noverat, qui non legerat euangelicas literas, cui in manu erat ulciſci ſi libuiſſet, & nos Chriſti philoſophiam profeſſi, vix etiam amicam ac blandam admonitionem pati poſſumus, etiam illa depravantes quæ ſimpliciter & amanter dicta ſunt. Cum lis eſſet inter ſenatorem & equeſtris ordinis hominem de jurgio, ita pronuntiavit Cæſar: non oportere quidem maledici ſenatori, cæterum remaledici, civile faſque eſſe. Hac ſententia ſublevavit inferiorem, & deterruit majores ne freti auctoritate, potentiaque ſua, convitio laceſſerent inferiorem, ni vellent audire paria. At noſter imperator Ieſus Chriſtus nec remaledicendi jus facit. Archelaus aqua reſperſus, cum ab amicis incitaretur ad vindictam, Non me, inquit, reſperſit, ſed quem me eſſe putabat. Et nos ſi quid admonendi gratia dictum eſt in genere, rapimus ad privatam contumeliam.

meliam. Quo philoſophos quoſdam perduxit humana ratio, quo principes multos humana prudentia, eo nos non perducit vel doctrina cœleſtis, vel tot exempla capitis noſtri. Iuvabit & illud, ſi cum in nos immerentes rabioſa petulantia debacchatur maledica lingua, ſic noſtro cum animo loquamur: Quid ſi Deus hoc voluit, ut per hunc dem pœnas, olim male devoratarum laudum adulatorem, & avide devoratæ gloriæ, quam ſpretam oportuit? Dicamus igitur & nos cum David: Sine maledicat, ſi forte Dominus propiciatus miſereatur mei. Perlongum eſſet hic tractare quæſtionem quando & quatenus ſit reſpondendum maledicis. Legimus, qui negligit famam crudelis eſt: & legimus, Reſponde ſtulto juxta ſtultitiam ſuam. Et Dominus noſter ad quædam maledicta obticuit, ad quædam diligenter reſpōdit. Audivit Samaritanus es, & diſſimulavit: audivit, dæmonem habes, ac accurate refellit calumniam. Sunt probra quæ nobis

nobis non eſt in manu corrigere, veluti ſi quis apud Scythas, aut ex pudendo genere, aut pauper natus eſſet. Ea ſilentio melius ſopiuntur, niſi quod hoc boni licet ex hominis maledici vitio decerpere, ut admoniti convitio, benefactis ac virtutum eminentia fortunæ maculam aboleamus. Sin quod objicitur vitium eſt, & noſtra culpa admiſſum eſt, malevolentiam inimici nobis vertamus in officium amici. Siquidem acrius calcar habet ad vitæ correctionem hoſtis exprobratio, quam amici moderata monitio: Sin falſum eſt quod objicitur, circumſpicere conveniet, num quam occaſionem dederimus ei calumniæ. Mox amputabimus unde deprehenderimus hoc maledictum pullulaſſe, & in reliquis cautiores erimus. Poſtremo ſatis reſpondit, qui factis dictiſque declarat apud omnes convitium in ſeſe non competere. Ita fit, ut infamia recidat in calumniatorem. Nec famam negligit, qui modis omnibus cavit, ne quid in meren-

merentem male dici poſſit. Eſt tamen ubi tempus, ac res poſtulat orationem, quoties noſtra infamia cum multorum periculo conjuncta eſt. Si Chriſtus ſilens agnoviſſet probrum, quod in Beelzebub ejiceret dęmonia, periclitabatur omnium ſalus. Et Paulus Apoſtolus ſtrenue tuetur auctoritatem ſuam adverſus pſeudapoſtolos, quod id omnium referret. Epiſcopum falſo traductum fœdi criminis infamia, non oportet diſſimulare, ne populus exemplum ad ſe trahat, aut epiſcopi doctrinam contemnat. Verum aliud eſt depellere crimen, aliud eſt recriminari. Eſt ubi conveniat reſpōdere ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi videatur ſapiens, Proverb. 26. Eſt ubi non expediat reſpondere ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, ne reddaris illi ſimilis. Reſpondit Dominus captantibus Phariſæis: Baptiſmus Iohannis utrum ex Deo eſt, an ex hominibus: & comprehenſi ſunt in aſtutia ſua. Similiter reſponſum eſt de cenſu dando Cæſari, de ſanando

nando homine in ſabbato. Non reſponſum eſt ſtultis juxta ſtultitiam ſuam, cum diceretur filius fabri, & vini potator. Reſpondit & Paulus ſtulto juxta ſtultitiam ſuam Elymæ mago, O plene omni dolo & omni fallacia, inimice omnis juſtitiæ, non deſinis ſubvertere vias Domini rectas, & nunc ecce manus Domini ſuper te, & eris cæcus & non videns uſque ad tempus. Actor. 13. Reſpondit & Petrus Ananiæ juxta ſtultitiam ſuam. Id raro factum eſt ab Apoſtolis, qui poterant dicere: An experimentum quęritis habitantis in me Chriſti? Actor. 5. Nobis homunculis magis convenit ſilentium, aut brevis moderataque reſponſio, niſi res alio compellat. Oſtendimus quomodo medendum ſit alienæ linguæ morbo, commonſtravimus qua ratione noſtrum morbum, vel evitare, vel tollere liceat. Indicavimus antidotum, adverſus malæ linguæ non impetentis venena, quid ſupereſt, niſi ut exhortemur Chriſtianos omnes ad Chri-

ſtianæ

ſtianæ linguæ ſtudium? Inter ſigna quæ comitarentur eos qui crederent Chriſto, nominatim commemoratur & illud: Linguis loquentur novis, quemadmodum ante diximus additum eſt, & ſerpentes tollent. Hactenus promiſcuæ multitudini locutus ſum, nunc procul abſint profani, Chriſtianus appello Chriſtianos. Si ſumus quod dicimur, agnoſcimus promiſſa ducis noſtri. Is aſcenſurus in cœlum, his noviſſimis verbis confirmavit animos ſuorum: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit. Signa autem eos qui crediderunt, hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur novis, ſerpentes tollent: & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit, ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt. Hæc poteſtas ſic eſt tradita primis illis euangelii præconibus, ut quod erat viſibile maneret ad tempus, quod ſpirituale, ſemper in omnibus remaneret. Habebant & gentes baptiſmos ſuos, quibus ſeſe puri-

purificari credebant, habebant & profeſſiones ſuas, pro delubris & aris & occidebantur & occidebant. Habebant & peculiares initiationes ſuas, ac ſuæ quiſque religionis ceremonias, ac ritus ſuperſtitione ſervabant. Qui Baccho initiabantur, noverant ſua myſteria, qui Cybeli aut Cereri, noverant ſuæ religionis arcana. Habebant ſuos afflatus, habebant ſuos exorciſmos, habebant & novas linguas quas ante nunquam didicerant, id quod energumenis accidere dubium non eſt, medici putant citra miraculum accidere morbi vi. Adverſus ſerpentem habebant Marſos incantatores, habebant Pſyllos qui innocui non ſolum attrectarent venena, verum etiam ex aliis venenum exugerent. Dabat hoc illis nativitas. Habebant verba & voces, habebant Apollinis & Æſculapii facta, habebant annulos in morborum remedia. Hæc omnia oportet in nobis eſſe perfectiſſima niſi vel feſellit nos Dominus, vel nos falſo titulo gloria-

 mur,

mur. Nullus eſt ex vobis quin ſi per-conter an credat Euangelio, incon-tanter reſponſurus ſit, credo; an bapti-zatus ſit, maxime. Audio conſtan-tem profeſſionem, & video præter communem illam profeſſionem, mul-tos peculiariter initiatos non Bac-cho, non Cereri, non Oſiridi aut I-ſidi, ſed probatiſſimis Divis Domini-co, Franciſco, Benedicto, Bernardo, Auguſtino, Brunoni, Brigidæ. Et in-terim tamen Chriſti profeſſio com-munis eſt omnium, cui etiamſi nihil accederet, ſufficiebat tamen ad exi-genda ſigna. Exigamus igitur invi-cem à nobis, ubi ſigna profeſſionis? Quiſquis vere credens baptizatur, naſcitur cœlitus, non jam Marſus aut Pſyllus, ſed homo cœleſtis. Verum ubi vis tollendi venena? Diſcipuli ab ethnicis tollebant venena, nos ipſi venena miſcemus & ethnicis & Chri-ſtianis. Belligeramur, occidimus, & ſicis & venenis. An non hoc eſt ſer-pentes immittere? Venenis ac no-xiis beſtiis plena ſunt omnia, ſed ubi

Pſylli

Pſylli euangelici, qui incantamentis eruditæ linguæ propellant ſerpentes, qui ſuctu fraternæ conſolationis & admonitionis eximant virus è viſceribus hominum? Energumenorum ubique plena ſunt omnia, niſi forte credimus eos, qui afflati livore, odio, ira, ambitione, avaritia, ſic inſanis tumultibus concutiunt orbem, ſic incendiis, rapinis ac cædibus miſcent omnia, non agitari ſpiritu ſatanæ: ſed ubi euangelici exorciſtæ? Video qui in apoſtolorum locum ſuccedant, ſed ubi ſunt qui in nomine Ieſu profligant dæmonia? Num elanguit vis divini ſpiritus? num interiit vigor illius omnipotentis nominis? num diluta eſt potentia fidei? Qui fit igitur ut ſic impune regnent impii ſpiritus? Quanta morborum vis in populo Chriſtiano? quanta turba capitalibus malis decumbentium? Sed ubi ſunt illæ medicæ manus, quæ ſacro contactu propellant morbos? Ubi nova lingua quæ præſtat hæc omnia quæ diximus? Ea profligat dæmones,

ea tollit ſerpentes, ea quos contigerit ſanitati reſtituit. Hauſerant venenum Romani ſeducti per pſeudapoſtolos in Iudaiſmum. Quod ibi genus incantamenti non adhibet Paulus? Ægrotabant Galatæ: nam & his pſeudapoſtoli, ſalutiferam Pauli doctrinam admixtis venenis infecerant. Quid non facit hic mirabilis ille Pſyllus, ut letiferum virus ex animis illorum educat? nunc leniter palpans, nunc objurgans & exprobrans, nunc docens & coarguens? Vellem, inquit, eſſe apud vos modo & mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis. Qui magicis artibus utuntur, ſolent fere requirere loci dolentis contactum. Et Paulus ut ſapiens incantator adeſſe cupit, ut mutet vocem ſuam, videlicet pro varietate perſonarum ac mali. Hoc non poterat epiſtola. Corinthiorum autem ulcera, quanta ſolicitudine tractat ut medeatur, quomodo ſeſe dimittit ad ſuctum uſque, nihil quamvis humile refugiens, modo venenum educat?

cat? Unum incantatorem, unum Marſum, unum Pſyllum vobis oſtendi. Superſunt & hodie præſertim apud Italos, qui genus ſuum ad Paulum auctorem referunt. Hic precibus quibuſdam ac magicis remediis ſuccurrunt vulneratis à beſtiis aut ſagittis. Verum ubi ſunt viri Pauli nepotes, qui ſacris incantamentis medeantur animis mortalium? Baptiſmum videmus in omnibus, fidei profeſſionem audimus, quanquam ipſa baptiſmi vis videri non poteſt, quemadmodum nec fides audiri, ſignis tantum colligitur. Nec enim eſt otioſa, ſi latet, vim tamen exerit ſuam. Certiſſima vero indicia ſunt in lingua. Proinde ſi vere Chriſtum induimus, ſi vere in baptiſmo exuimus veterem hominem cum actibus ſuis, ac novum induimus, qui ſecundum Deum creatus eſt, unde in nobis adhuc vetus illa lingua? Illa, inquam, futilis, garrula, præceps, mendax, amarulenta, rixatrix, convitiatrix, dilatrix, obtrectatrix, impudica, peie-

ratrix, maleſuada, impia ac blaſphema? Si vere Chriſti ſpiritum hauſimus, aut ſi vere ſumus membra Chriſti, cum ſpiritus ſcientiam habeat vocis, quin auditur in nobis lingua ſobria, parca, modeſta, pudica, circumſpecta, veridica, manſueta, pacifica, benedica, ſimplex, obſecratrix, conſolatrix, exhortatrix, confitens, & gratiarum actrix? Legimus in ſacris literis varias linguas, linguam ſerpentis ac diaboli, linguam canũ, linguam hominum & angelorum, linguam terrenam ac cœleſtem, linguam parvulorum, ac linguam Dei. Quiſquis mentitur, peierat, fallit, docet impia, perſuadet iniqua, ſerit diſſidium inter fratres: quiſquis contendit, jurgatur, calumniatur, lingua diaboli loquitur. Si vere renuntiavimus diabolo, noſque Chriſto addiximus, cur adhuc auditur in nobis lingua ſerpentis? Si vere ſumus filii Dei, cur in nobis adhuc auditur lingua hominum? qui de terra eſt, terrenus eſt & ex terra loquitur. Tales adhuc

huc erant Apoſtoli cum dicerent: Domine quando regnum Iſraël? poſt facti cœleſtes, jam cœli enarrant gloriam Dei. De lingua canis meminit pſalmographus: Canes erant qui clamabant; Tolle tolle, crucifige crucifige. Canes erant, qui oblatrabant pendenti in cruce: Vah qui deſtruit templum Dei. Canes erant qui clamabant: Non eſt ſpes ſalutis, niſi juxta Moyſi legem circumcidamini. Hos canes vitari jubet Paulus. Quanquam ſunt & boni canes, qui excubias agunt pro domo Dei, qui linguam habent medicam, & lingunt ulcera pauperis Lazari. Et ſunt canes cuſtodes gregis., qui adverſus lupos muti ſunt, adverſus oves vocem habent & dentes. Nocentiſſimi canes ſunt, qui non patiuntur audiri vocem euangelicam. Reprehenduntur Iudæi, qui cor habebant incircumciſum. Utinam non eſſent inter Chriſtianos, qui linguam haberent incircumciſam. Qui nihil aliud crepat, quam de ædificando, de agricolan-

do, de elocandis liberis, hominum lingua loquitur, & adhuc nihil aliud quam hominem ſe eſſe declarat. Qui loquitur inter perfectos ſapientiam in myſterio abſconſam, fortaſſe linguis Angelorum loquitur. Sic enim Paulus ſcribens Corinthiis: Si linguis hominum loquar & Angelorum. At idem cum ſimpliciter erraret in Iudaiſmo, depugnaret pro lege patria, nec agnoſceret Chriſtum legis finem, infantili lingua loquebatur: Cum eſſem parvulus, loquebar ut parvulus, cogitabam ut parvulus. Quanquam eſt & aliud parvulorum genus, qui malitia parvuli ſunt, ſenſu perfecti, ex ore quorum Deus perfecit laudem ſuam. Eſt autem & lingua Dei. Sic enim legis apud prophetas: Os Domini locutum eſt. Et in Iob: Utinam loqueretur Deus tecum, & aperiret labia ſua tibi, & oſtenderet tibi ſecreta ſapientiæ: Ad hanc linguam obmuteſcit omnis hominum & Angelorum lingua. Quod enim ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt

homi-

hominibus. Hāc, opinor, linguam audierit Paulus raptus in tertium cœlū, ſed hujus arcanum humana lingua profari non potuit. Cæterum temperavit Deus linguæ cœleſtis ſublimitatem, & locutus eſt nobis moderatiora per filium ſuum Ieſum, ut hunc audientes & imitantes ſalutem æternam conſequamur. Obſerva te quæſo Chriſtiane, qualis fuerit Chriſti principis tui lingua. Num garriit aniles fabulas? num jactavit ſuas laudes? num quem detulit? num quem occidit? num quem feſellit? Audierunt diſcipuli hanc linguam, & dicunt: Domine quo ibimus, verba vitæ habes? Prædicabat gloriam Dei, docebat errantes, corripiebat delinquentes, exhortabatur ceſſantes comſolabatur afflictos, benedicebat infantibus, ſanabat ægrotos, profligabat impios dæmones, purificabat leproſos, ſedabat tempeſtates, excitabat mortuos, remittebat peccata, orabat pro impiis ut reſipiſcerent, gratias agebat patri. Ad regenda

convitia linguam non habebat, ad interpellandum patrem pro ſuæ necis auctoribus vocalis erat. Cur hanc linguam pro viribus non imitamur? Linguam modeſtam, linguam medicam, manſuetam, conciliatricem omnium quæ in cœlis & quæ in terris. Sed nemo Chriſti linguam imitari poteſt, niſi Chriſti ſpiritum hauſerit. Nec enim Apoſtoli novis linguis loqui cœperunt, niſi poſt acceptum cœlitus ſpiritum. Cum diſcipuli dicerent: Domine vis ut jubeamus ignem venire è cœlo qui conſumat hanc civitatem? hominis lingua loquebantur. Rurſum cum Apoſtoli inter ſe diſceptarent, quis eſſet major in regno cœlorum, humana lingua loquebantur. Cum aſcendentem in cœlum rogabant: Domine num hoc in tempore præſentaberis, & quando regnum Iſrael? adhuc humana lingua loquebantur. Sed acceptis linguis igneis quid loquebantur? Non primatus, non præſidentias, non latifundia, non uxores, non ædificia,

Quid

Quid igitur? Loquebantur magnalia Dei, & loquebantur variis linguis, ſed conſentientibus, erat enim illis cor unum, & anima una, quia ſpiritus unus impleverat omnes. Hodie vero cum videmus tot opinionibus diſſidere philoſophorum ſcholas, tot dogmatibus tamque diverſis digladiari Chriſtianos omnes, nonne referimus ſtructuram turris Babel? Inter elatos quî poteſt conſtare concordia, ubi nemo concedit alteri? Hoc non ignorans Paulus, ſcribit Philippenſibus: Si qua ergo conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſerationis, implete gaudium meum, ut idem ſapiatis, eandem charitatem habentes, idipſum ſentientes: nihil per contentionem, neque per inanem gloriam. Unde igitur inter nos tanta linguarum & animorum confuſio, niſi ex arrogantia? Cur non potius in una ſtirpe, ut ſumus ejuſdē vitis palmites, & unum ſumus inter nos, quemadmodum Chriſto jungimur?

mur? Cur non audimus Chriſtum nobis ore Pauli loquentem? Fidelis Deus per quem vocati eſtis in ſocietatem filii ejus Ieſu Chriſti Domini noſtri. Obſecro autem vos fratres per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, ut id ipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata, ſitis autem perfecti, ſitis integri, in eodem ſenſu, & in eadem ſententia. Si membrum à membro divulſum eſt, ubi corpus? Si corpus à capite diſtractum, ubi vita corporis? Hoc nimirum eſt quod dicit Paulus nos vocatos in ſocietatem filii Dei, quod per fidem inſiti ſumus illius corpori, quod eſt eccleſia: eccleſia vero congregationem ſonat, non diviſionem. Quoniam autem non poſſumus adhærere capiti, niſi inter nos conſentiamus, mutuaque charitate conglutinemur, ideo dicit: Sitis autem perfecti; hoc eſt, integrum corpus, neque mutilum, neque convulſum, ſed ſolidum & coagmentatum in Chriſto, vinculo ſpiritus ejus. Male habet

Paulum

Paulum, quod apud Corinthios audirentur hæ diſſidii voces: Ego ſum Pauli, ego Apollinis, ego Cephæ, ego Chriſti. Quid diceret, ſi hoc ſeculo audiret confuſas hominum linguas, Ego ſum Theologus tranſalpinus, ego ciſalpinus, ego Scotiſta, ego Thomiſta, ego Occamiſta, ego realis, ego nominalis, ego Pariſienſis, ego Colonienſis, ego Lutheranus, ego Carolſtadianus, ego euangelicus, ego papiſta. Pudet me referre cætera. O domus quam diſſipata es! ô ciuitas quam diſſecta es! O corpus, ubi nunc illa felix ἑνὰς, extra quam quiſquis eſt, in Chriſto non eſt? Quin deſinimus extruere turrim Babel, turrim ſuperbiæ ac diſſenſionis, & incipimus inſtaurare Hieroſolymam, ac templum Domini collapſum. Unde nobis exorietur Eſdras aliquis, qui hanc linguarum confuſionem redigat ad linguam Iudaicam, hoc eſt, linguam profitentem veritatem euangelicam? Viderat enim Eſdras Iudæos ducentes in matrimonium mulieres Azotidas,

Amnonitidas, & Moabitidas, & horum filii, videlicet hybridæ, ut erant genere mixto, ita mixtam habebant linguam, ſemijudaice loquentes, & ſemiazotice. Si unicus eſt populus Chriſtianus, cur neſcit linguam ſuam, cur peregrina lingua corrumpit linguam euangelicam? Uxores in cauſa ſunt, uxores alienigenæ, quas non novit Eccleſia. Quot ſectæ ſunt, quibus nos addicimus, tot uxores ducimus barbaras. Hæ ſubverterunt & Solomonem, ne quis ſibi fidat commercium habens cum alienigenis. Quod igitur commutandæ linguę remedium? Redeamus ad exordium euangelii: Pœnitentiam, inquit, agite, appropinquat regnum Dei. Agnoſcat ſuum quiſque peccatum, vertat vitam in melius, & propiciabitur nobis Dominus, cujus ira merito ſævit in nos. A planta pedis uſque ad verticem, non eſt in nobis ſanitas. Qualis populus, talis ſacerdos, & quales principes, tales magiſtratus ac præfecti. Omnes quæ ſua ſunt quęrunt,

runt, non quæ Ieſu Chriſti. Qualis præceptor, tales diſcipuli, qualis pater, tales liberi, qualis paterfamilias, talis familia. Omnes alii aliorum vitam ac doctrinam inceſſimus, nemo ſua ſtudet corrigere. In aliis etiam quæ recta ſunt calumniamur; in nobis nihil non excuſamus. Ergo à lingua confitente proficiſcatur exordium inſtaurandæ concordiæ. Deſinamus eſſe filii veteris Adæ & Evæ, quorum ille peccatum rejecit in uxorem, hæc in ſerpentem. Deſinamus eſſe progenies Cain, diſſimulantis parricidium. Ne nobis placeat exemplum Ananiæ, & Sapphiræ, ut mentiamur Spiritui ſancto, confiteamur Deo, quod illum non latet, etiam ſi non confiteamur. Sit hic primum labium omnium unum. Imitemur linguam David, quæ placavit iram Dei, eumque quodammodo compulit reſcindere ſententiam. Imploremus cum Iſaia miſericordiam Domini, dicentes: Rugiemus quaſi urſi omnes, & quaſi columbæ meditantes gеме-

gememus. Expectavimus judicium, & non erat; ſalutem, & elongata eſt à nobis. Multiplicatæ ſunt iniquitates noſtræ coram te, & peccata noſtra reſponderunt nobis, quia ſcelera noſtra nobiſcum, & iniquitates noſtras cognovimus. Peccare & mentiri contra Dominum, & averſi ſumus ne iremus poſt tergum Domini noſtri, ut loqueremur calumniam, & tranſgreſſionem concepimus, & locuti ſumus de corde verba mendacii, reliquaque quæ inibi ſequuntur. Aſſumamus planctum hortante Ieremia. Oremus cum illo: Recordare Domine, & cætera. Rurſum cum Daniele: Obſecro Deus magne & terribilis, & cætera. Non pigeat quenquam noſtrum iiſdem verbis implorare Domini miſericordiam, quibus implorarunt ſanctiſſimi prophetæ. Nunquam erit bellandi finis, ſi malitiam alienam noſtra malitia ſuperare conabimur, ſi errorem errori addemus, ſi quod prave geſtum eſt, prave defendemus, quod inconſiderate

dictum

dictum eſt, pervicaciter tuebimur. Sint principes veri principes, ſint Epiſcopi, ſint ſacerdotes, monachi, ac theologi jure quod dicuntur: Oves vere ſint oves Chriſti. Qui lapſus eſt lingua, benedicendo corrigat, quod maledicendo peccatum eſt, imitans exemplum beati Iob, dicentis: Qui leviter locutus ſum, reſpondere quod poſſum? Manum meam ponam ſuper os meum. Unum locutus ſum quod utinam non dixiſſem, & alterum quibus ultra non addam. Superbus exigit humilitatem à ſuperbo, & ſuperbus ſuperbo repugnat, & avarus avarum ſpoliat, & hæreticus hæreticum vocat: nec ullus pugnandi, prædandi, rixandi modus. Diruatur hæc turris, & ceſſabit animorum linguarumque confuſio. Rebus undique perturbatis clamant, quid conſilii? Quem potius cõſultorem audiamus, quam Petrum Eccleſiæ principem? Humiliamini, inquit, ſub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore viſitationis, omnem ſolicitudinem

veſtram

veſtram projicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de nobis. Valde ſuperbus eſt qui ſe recuſat ſubmittere Deo. Si principum & Epiſcoporum dignitas non patitur, ut ſe ſubmittant hominibus, tamen non pigeat illos ſeſe præbere humiles in conſpectu Dei, cujus potentiæ velint nolint ſubditi ſunt. Sic demum erunt vere magni. Populus item obediat præceptis divinis, & ſubjectus ſit omni creaturę propter Deum. Sic erit vere liber, ſi nulli ſerviat peccato. Fugiamus multiloquium, in quo non poteſt deeſſe peccatum, cum Dominus battologiam damnet etiam in orando. Amemus ſilentium, diu diſcentes, quod doceamus, veloces ad audiendum, tardi ad loquendum. Ne laxemus linguæ plectrum in ſermones ſupervacaneos, cogitantes quod juxta Domini denuntiationem, de quolibet verbo otioſo reddituri ſumus rationem in die judicii: ac Paulum ſubinde monentem audientes, vitemus *ματαιολογίαν*, hoc eſt, omnem

mnem ſermonem, qui non conducit ad negotium ſalutis æternæ. Sinamus fatuos fatua loqui, nos ambiamus ut de nobis dici poſſit: Os juſti meditabitur ſapientiam, & lingua ejus loquetur judicium: & juxta Pauli doctrinam, Sermo noſter ſit ſemper ſale conditus in gratia, ut ſciamus quomodo oporteat nos unicuiq; reſpondere. Nullus ſermo malus proficiſcatur ex ore noſtro, conſentiat lingua cum animo. Si veritatem diligimus, abſit mendacium ab ore noſtro. Si Paulo auſcultantes, quæcunque ſunt vera, quæcunque pudica, quæcunque juſta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, ſi quæcunque virtutis ſunt, & ad laudem diſciplinæ pertinent, cogitamus ac meditamur, eadem & lingua noſtra ſonet. Dices, quod autem præmium Apoſtole? Audi maximum: Et Deus, inquit, pacis erit vobiſcum. Si cor amat Ieſum, de Ieſu ſit noſtra confabulatio, & ille dignabitur eſſe in medio noſtri. Pro ſcurrilibus facetiis, audiatur

diatur ſermo bonus, qui confert ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Omnis amaritudo, ira, & clamor & blaſphemia tollatur à nobis, cum omni malitia. Omnis autem ſcortatio, immunditia & avaritia, nec nominetur inter nos, ſed magis gratiarum actio, quod ab his malis nos liberavit divina miſericordia. Abſit ebrietas inſulſæ loquacitatis mater, ſed alacritas gaudiumque noſtrum naſcatur è Spiritu ſancto, quo pleni loquamur inter nos quoties convenimus in pſalmis, hymnis & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus noſtris Domino, gratias agentes ſemper omnibus in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Deo & Patri. Pro veneno calumniæ, tribuat lingua noſtra fraternam correptionem: pro cõvitiis conſolationem: pro devotionibus, preces ad Deum: pro obtrectatione, blandam ac ſynceram admonitionẽ: pro ſeminario diſſidiorum, ſermonem pacificum: pro veneno cancri,

ſanam

ſanam doctrinam : pro murmure, pſalmos & hymnos: pro jurgiis, cantica ſpiritualia: pro ſtultis fabulis, ſermonem ſcientiæ, pro criminatione proximi, propriorum malorum confeſſionem, pro lapſuum alienorum amarulenta inſectatione, medendi ſtudium. Quãta cura fovemus membrum imbecille, quanto ſtudio ſuccurrimus membro vitiato aut vulnerato, quanta arte luxatum in ſuum locum reponimus? Quã ægre, quam detrectantes ad extrema remedia deſcendimus, ut ſectionem, aut uſturam adhibeamus? Poſtremo fruſtra tentatis omnibus, quam dolẽtes amputamus, cujus ſanandi ſpes non eſt? Cur non eandem charitatem ac manſuetudinem in ſanando proximo præſtamus? Quanta amarulentia lapſus humanos inſectamur. Quanta interim indulgentia, ne dicam imprudentia, blandimur noſtris ulceribus? Quantum in aliis admonendis ſupercilium? Rurſum quæ tragœdia, ſi quis nos viciſſim vel leviter admoneat

neat errati? Adeo non adeſt nobis in corripiendo fratre, ſimplex illa charitas, quæ nec ſuſpicatur nec cogitat malum, ut etiam illa lædendi ſtudio depravemus, quæ recte dicta ſunt, dum ſtudemus in alienis libris eſſe ingenioſi, & ex aliena infamia nobis parare gloriam eruditionis. Livorem & odium, quo toti mademus, quæſtum & arrogantiam, qua toti turgemus, præteximus zeli titulo. Et ſic in aliena vitia debacchamur, quaſi non oderimus ſed invideamus. Eſt quidem, fateor, Epiſcoporum arguere peccantes, ſed ea debet eſſe in arguendo moderatio, ut qui arguitur intelligat ſibi rem eſſe cum medico, non cum carnifice. Sic Paulus ſuum Timotheum obteſtatur, ut prędicet ſermonem euangelicum, ut inſtet opportune, importune, ut arguat, obſecret, increpet. Verum hæc præcipit illi qui jam præſtabat Epiſcopũ ἀνέγκλητον, in quem nihil criminis impingi poterat. Nec dixit ſimpliciter argue, increpa, ſed primo loco poſuit,

ſuit, Prædica verbum. Primum eſt docere. Deinde inter argue & increpa, poſuit Obſecra, nec hoc contentus adjecit: Cum omni lenitate & doctrina. Nos ſimpliciter errantem proximum cogimus tantum, nec dignamur docere. Quando revocabimus fratrem ab errore, ſi viderit ſibi rem eſſe cum inimicis? Odio cæci præcipitamus judicium, nec hic manifeſtos lapſus noſtros corrigimus, ne quid decedat auctoritati noſtræ. Atque his rebus potiſſimum elevatur Theologorum auctoritas. Oblatramus ignotis omnibus, damnantes quicquid non intelligimus. Oremus igitur Dominum, ut effundat ſpiritum ſuum in epiſcopos ac doctores eccleſiæ, detque eis linguam eruditam, quam ſibi datam gratulatur Iſaias: Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut ſciam ſuſtentare eum qui lapſus eſt verbo. Nimirum hæc eſt lingua boni paſtoris, quæ novit quod confractum eſt alligare, quod infirmum eſt ſolidare, quæ clamoſa non

non eſt, ſed efficax, non extinguens linum fumigans, nec baculum fractum comminuens, utque largiatur illis os Hieremiæ, quod ſuo contactu purgare dignetur, ſuiſque verbis inſtruere, dicatque ſingulis illorum: Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, ut evellas & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. Quantum malæ ſuppellectilis circumfert, qui malam circumfert linguam, gladium veneno tinctam, ſicam, ſagittam, incantamentum, faſcinum, aconitum, & quicquid eſt uſquam veneni letalis. Contra ſacerdos qui linguam habet ipſo dignam, quot in uno membro circumfert inſtrumenta? Pharmacum habet adverſus omnes animi morbos, antidotum præſentem adverſus omnia venena, gladium ſpiritus, quo reſecat omnia noxia. Sic enim loquitur Iſaias: Poſuit os meum quaſi gladium acutum. Habet ſagittam qua feriat animos ad compunctionem & pœnitudi-

nitudi-

nitudinem vitæ ſuperioris. Sequitur enim & hoc apud Iſaiam: Et poſuit me ſicut ſagittam electam. Habet tubam qua altum dormientes expergefaciat ad vigilantiam ac ſobrietatem, mortuos excitet ad vitam, virgam ac ſceptrum habet, quo regibus & regnis imperet, runcinam habet qua noxios affectus & impias opiniones revellat è pectoribus hominum, vectem habet, qua demoliatur omnem ſubſtructionem erigentem ſeſe adverſus Eccleſiam Dei, ſarculum habet, quo diſperdat radicitus ac diſſipet omnem plantationem, quæ non eſt ex Deo, vomerem habet quo repurgatum novalem præparet euangelicæ ſementi, habet trullam cementariam, qua quod dirutum eſt inſtauret, habet ligionem, quo novellas plantas inſerat. Tam potentem ac felicem linguam precemur epiſcopis noſtris, precemur principibus, magiſtratibus & populo cor docile, cor tractabile, cor carneum, cor auritum, & alatum, nec elingue:

auritum, ut paſtoribus ad meliora vocantibus libenter auſcultent, alacrum, ut eos ſtrenue præcedentes per viam euangelicam, alacriter ſequantur, nec deſit lingua, qua plebs imperita ad Epiſcoporum benedictionem clare reſpondeat, Amen. Ita fiet ut ſi omnes ſynceris animis conuerſi fuerimus ad Dominum, ille viciſſim factus propitius avertat hanc miſerandam tempeſtatem à nobis, & reddita ſerenitate pariter omnes in Domino gaudebimus. Sermonis curſus deduxit nos ad linguam Angelicam, quæ ſacerdotum eſt & epiſcoporum, de qua quod Dominus dederit proſequemur in libris de ratione concionandi, quos nunc aggredimur, eodem opitulante, cui debetur omnis gloria in ævum.

LINGUÆ FINIS.

Index

RERVM SCITV DIGNISSIMARUM

IN

LINGUAM ERASMI.

A.

Abbas quidam prædives, & in eum loquacitas. 305
Achilles. 38
Adulatio. 312
Adulator peior conuitiatore. 219
Æneas. 129
Aër utilis, & pernicioſus. 19
Africa. 19,172
Agaſicles. 55
Ageſilaus. 55,147,281
Agis Archidami filius. 54
Aiax. 128
Alexander. 21,165
Alcibiades. 21
Alcidamas Cynicus. 308
Amantes, quales ſint. 351

Amaſis. 17
Anacharſis. 90
Animi contagio. 327
Anſerum natura. 130
Antalcidas. 131
Antigonus. 281
Arrhabius tibicen. 65
Arcanum, nulli credendum. 114
Arcanum, quomodo accipiendum. 118
Ariſtoteles. 51, 52, 75
Ariſtophanes deſcribit loquacem. 43
Archilochus. 70
Attica, & Attici. 19, 20
Aures, cur patula? 33
Aurium ſenſus faſtidioſus. 71

B.

BAſiliſcus. 267
Battologia. 46
Balneatores, cur loquaces? 46, 47
Bellaces, non ſunt loquaces. 120, 130
Bello, valet ſermo brevis. 92
Bilioſi, quales? 346

Blaſphemia. 210, 211, 212, 213, 214, 215.

C.

Calumnia. 216, 234, 235, 264, 278, 367, & ſeqq.
Calumnia maledica utilitas. 375
Calumnia cum adulatione. 251
Calumniatores bonis viris abutuntur. 263
Canum lingua. 390, 391
Cerebrum, & cor, cur in medio teneant linguam?
Cerebrum, an cor, ſit mentis ſedes? 26
Cicero. 36, 38, 72, 145, 240, 304, 343.
Confeſſio. 135
Conſultores inconſulti. 223, 232
Continens lingua. 112
Contumelia. 215
Curioſitas garrulitati iuncta. 67
Cura duplex adverſus loquaces. 303

INDEX.

D.

DEmoſthenes minus probatus quam eius oratio. 73
Delatrix lingua. 167
Defunctis non maledicendum. 283
Deos habemus tacendi magiſtros. 79
Deus falſus. 214
Dicere apte, vide *Tacere.*
Dicendi genus Atticum. 49
Dictio prudentum qualis. 100
Dicteriis ubi ludendum. 101
Dicturo circumſtantiæ expendendæ. 100
Divinatores. 149
Diaboli lingua quis loquatur. 307
Diogens. 291
Dodonæi lebetes. 64
Dominicanus quidam confidens. 341

E.

EBrius minus moleſtus quam garrulus. 60, 61
Ebrietas laudatur à Platone. 59

Ellebo-

Elleborum. 20
Effrenis lingua. 40
Epaminondas. 320
Epicharmus. 42
Epilepticis ſimiles loquaces. 138
Eugenius Pontifex. 325
Extemporanea locutio. 342

F.

Fabula de Hercule & Lindio. 373
Fœmina loquaces. 110
Fama domus. 65
Fama iactura à lingua. 41
Fama vilior pecunia. 244
Famoſi libelli. 278
Familiaritas loquacis vitanda. 293, 327
Fari ſerius incipientes quales. 85
Fatuitas. 181, 182
Fides ſilentii uxoria. 197
Franciſcani. 132, 259, 336
Fratrum diſcordia. 280
Frenanda lingua. 288
Futilitas. 176, 181, 182

G.

Garrulitas infelix & odioſa. 66, 67
Similis ebrietati. 58
Immedicabilis. 78
Damnatur in ſacris. 176, 179
Eius incommoda. 76, 100
Garrulus araneo ſimilis. 65
Nulla meretur fidem. 82
Nec in ſomnis quieſcit. 62
Genii cuivis homini duo. 20
Gentium idola. 211, 212
Ceremoniæ. 384
Gonorrhœa ſteriles facit. 85
Guilelmus, archiep. Cantuar. 324

H.

Heliogabalus. 321
Hercules cur cultus Lacedæmoniis. 53
Vetitus laudari ab Antalcida. ibid.
Heroica ingenia aut ſummo bono ſunt aut

aut ſummo malo Reipubl. 20
Hominis pars peſſima & optima quæ. 17
Homo cur erecto corpore. 23
Cur nudus. ibid.
Ænigma de illo. 31
Homicidio peior calumnia. 250
Humana cura multum valet. 21
Humani corporis ſtructura. 24, 25
Hyperboli cuiuſdam hiſtoria. 237

I.

Iactura pecuniæ, famæ, animæ ex lingua. 41
Ibyci poëtæ hiſtoria. 139
Ignominia. 120
Ieiunium linguæ. 270
Immodicum ſcribendi ſtudium. 69
Immodica taciturnitas tolerabilis. 66, 79
Imprecatio. 199
Incendium lingua mala. 295
Inuidia faſcinum. 167
Iocus intempeſtiuus. 148
Iocus nimis affectare non decet. 240

Iratus & ebrius furioſo ſimilis. 57
Iuriſiurandi relligio. 159,200

L.

LAcedæmoniis inviſa loquacitas. 49,50,90,91
Laconiſmi exempla. 91
Leoſthenes. 53
Legato nocet lingua intemperans. 54
Leana. 146
Lingua à ligando, Varroni. 33
Cur homini data. 154
Cur una tantum. 32
Cur abditum ſortita locum? 33
Habet venenum & pharmacum in ſe. 14
Eſt pars hominis optima & peſſima. 17
Eſt pyxis Pandora. ibid.
Sonorum varietatem diſcernit. 30, 31
Sapores innumeros diſcernit. 129
Lingua blandiſſimum venenum. 173,
Intemperantia. 320,321,332
Lingua vis peculiaris tactus. 25

Sedes cur in altiſſima hominis parte. 26
Vſus diverſus. 29
Fabrica & ſtructura. 23, 27, & ſeqq.
Morbus eſt loquacitas. 34
Morbus ille unde. 315
Lingua hominis omnes alias imitatur. 30
Lingua libidinoſa. 40
Infrenis. ibid.
Convitiatrix. 216
Proditrix. 133, & ſeqq.
Nova. 384. 394
Vetus. 388
Corrupta. 398
Confitens. 399
Babel. 397
Canina. 390, 391
Carnis & ſpiritus. 300
Dei. 392
Chriſti. 394
Sacerdotis ſive Angelica. 409
Lingua membrum rebelle. 291
Nocens. 170, 297
Praceps. 337
Venalis. 35, 78

Qualis theſaurus. 34,76
Lingua varia. 390
Linguarum & animorum confuſio. 395
Loquacium deſcriptio. 43
Nota. 327
Epitheta & tituli. 44
Loquaces applauſum captant. 75
Non ſunt bellaces. 120,130
Circumforaneis ſimiles. 35
Proverbiis taxantur. 45
Loquaciores qui ſint, qui minus? 73
Loquacitas quomodo corrigenda? 182, 305
Quomodo vitanda. 74
Malitioſa. 152
Loquacitas ſibi exitioſa. 18,139
Publico quoque funeſta. 144
Immedicabilis. 78
Loquela in defectu peccans & tutior eſt & honeſtior. 79
Loquendi homines, tacendi dii magiſtri. ibid.

Maledi-

M.

Maledicis quando reſpondendum. 379
Maledicendum non eſt mortuis. 283
Malitioſa loquacitas. 152
Membrorum corporis uſus & abuſus. 40
Mentis ſedes ſitne cor an crebrum. 26
Mendicitas voluntaria. 186
Medicum ſilentium decet. 135
Mendacium. 157, 184, 188
Mentiri an liceat Chriſtiano. 195
Midæ fabula quid doceat. 47
Miniſterium linguæ poſtremum. 27
Mithridates Rex. 31
Militum impietas. 374
Montes Iſrael. 203
Modeſtia in reſpondendo. 342
Monachi. 265, 321, 356
Mors & vita in lingua. 286
Mora conſiliis & ſermoni neceſſaria. 329, 333
Mores incorrupti, ubi ſermo parcus. 81

Mul-

Multiloquium non eſt abſque peccato. 402
Mutos etiam efficit ebrietas. 59
Muſica. 31, 81

N.

Naturalia eadem utilia, & pernicioſa. 19
Natura pugnantia conciliat. 57
Naturales affectus cohibendi. 349
Nocentiſſima etiam beſtia remedia prabent. 21
Nocentius membrum nullum quam lingua. 297
Nota loquacium. 327
Nova nunciandi aviditas exitioſa. 148, 149, 150
Novarum rerum nuncii odioſi. 149

O.

Objurgatio. 340
Obtrectatio in conviviis. 254, 255
Obtrectandi genus tranſlatio culpæ. 273

Obtre-

Obtrectatores quomodo coërcendi. 307
Oratio animi ſpeculum. 183
Animi facies. 302
Oratio ſuperflua nocet. 50, 51
Cupreſſis ſimilis eſt. 53
Oratio bona, ſi prolixior, vitioſa. 72
Orationis modus optimus. 79
Oratorum legatorum incontinens lingua. 126, 337
Os effrene. 40
Oſtentandi libido. 352
Oſtraciſmus quid. 234
Otium garrulitatis fons. 316
Otioſis negotia procuranda. 320

P.

P*Artium corporis concinnitas.* 24
Pandora pyxis eſt lingua. 17
Parſimonia loquendi. 72, 81, 90, 91
Parcus ſermo ſemini ſimilis. 86
Papyrius prætextatus. 105
Paſſi indigna per calumniam. 367
Parricidio peior calumnia. 230
Paupertas voluntaria. 186, 187
Paulus Æmilius. 241

Pene-

Penelope. 129
Pericles quomodo ſit ultus convitiantem. 370
Periurium. 197
Pernicies vitæ præcipua eſt lingua 157
Philoxenus. 70
Phocion. 52.98
Plinius. 170,320
Plato ebrietatem laudat. 59
Plutarchus. 141,352
Plectrum lingua effingit omnes voces. 31
Piſces cur muti. 30
Pittacus. 17
Porticus heptaphonon dicta. 64
Pompeius unius graculi lingua periit. 232
Proditio. 127,222
Præpoſtera linguæ laxatio. 27

Q.

Quales deceat obiurgatio. 310
Quando tacendum. 86
Quomodo audiendi loquaces. 306

Quomodo

Quomodo re loqui quis poſſit. 87, & ſeqq.

R.

RAtio regat linguam. 346
Ratio in cerebro. 27
Raritas commendat voluptatem. 82
Remedium linguæ doloſæ. 221
Remora piſcis natura. 32
Re ipſa, non verbis qui ſint loquuti. 87. & ſeqq.
Regibus quatenus ſit parendum. 229 230
Reſpondendi modeſtia. 342
Rhetoribus ſerus honos à Romanis. 49
Rhetorica male audit ob linguæ futilitatem. 50
Recriminatio an conceſſa. 378, 379. 381
Reverentia debetur puero. 311
Rideri infœlicius eſt quam odio haberi. 77
Rixandi ſtudium. 217

S.

SApientia loquax quando orta. 17
Minus eſt ſincera. 81
Sapientia & infelicibus ingeniis fere excolitur. 81
Sagittarii boni. 87
Sapientum dicta. 79
Satyrus; de eo apologus. 301
Scylarus. 87
Seleucus. 142
Secretum vere quale ſit. 113
Sertorius. 88
Silentii commendatio. 78, 79, 105, 133, 146
Silentii uxorii fides. 107
Silentium ſapientiæ ſpecimen habet. 82
Silentii impatiens. 177
Silere iudicio qui poteſt, poteſt etiam iudicio loqui. 85
Sophiſtarum loquacitas. 45, 50, 55.
Sorbonicæ diſputationes. 338
Socrates ἀπαθής. 347
Sophiſtæ, inviſi Athenis. 50
Sycophantæ bonis viris abutuntur. 263

Sylla

Sylla. 231
Suſurro ſceleratior calumniatore. 264

T.

Tacere apte, & apte dicere, eiuſdem artis. 84
Taciturnitas. 78, 86
Taciturnitas in bello prodeſt. 118
Tarpeia. 282
Tarquinius. 89
Telemachus. 119
Temulentia. 138
Terra venenorum & medicamentorum ferax. 19
Therſites loquax. 37. & ſeqq.
Themiſtocles. 20, 336
D. Thomæ mors. 229
Tranſlatio culpæ obtrectandi genus. 273
Turris Babel. 397

Varro.

V.

Varro. 169
Verborum ſuperfluitas. 51
Parſimonia. 96
Veritas ſimplex efficax. 92, 96, 97
Vicinus bonus. 68
Malus. 281
Virgilius. 71, 86
Virus linguæ quale. 162, 168, 241
Vlyſſes. 38
Voces omnium animalium ſolus imitatur homo, 30
Vocalis muſica. 31
Voluptates commendat rarior uſus. 82
Vtilitas fere cum pernicie iuncta. 19

Z.

Zeno. 145
Zeno ſenex inter pocula ſilens. 84

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

oogle